re alterius p:dicamenti modo penes modum p:dicandi superioris de inferiori non distinguunt. q; in b:cia p:dicamenta co munitant. nam sicut in genere sube omnia superiora de inferioribus p:dicant i qd ita etiam in aliis est generibus. nec etiam distinguunt penes modum denotatum. quia ille modus p:dicandi non est proprius modus p:dicandi p:dicamenti. vñ p:dicamenti est etiam modus p:dicandi denominatus. vel accipit in cõi vel in speciali. si i cõi penes istu modu p:dicandi p:dicamenta accidentia non distinguunt. q; osa p:dicamenta p:dicant denominatio de subo. si aut accipiat i speciali ut sor. est bicubitus vel sor. est albus. ibi enim est alius et alius modus p:dicandi specialis denominatio. quantu ad hoc logicus non habet distinguere p:dicamenta. q; istos modos proprios denominandi logicus per se non considerat. et ideo logicus per se non habet distinguere predicamenta. **C**Scdm declarat scilicet q; p accidentia distinguat aliquid et i completo ipsa predicamenta. quia quandoque aliquis artifex considerat aliquid scibile. secundum unam rationem. potest ille artifex considerare illud scibile. fin altius modus et per accidentem. et maxime si illud scibile sic consideratum valeat ad cognitionem illius scibilis modo illo quo ille artifex illud scibile considerat. modo logicus considerat predicamenta. ut sunt subiecta intentionibus ad cognitionem ipsorum et sunt subiecta intentionibus valz cognitionis ipsorum secundum se et absolute. et ideo logicus qui considerat predicamenta ut supra ipsa fundantur intentiones se per accidentem potest distinguere predicamenta ut sunt quedam res et hoc non facheret per habitum logicalem sed fin q; per illam cum illo habitu potest concurrere quidam alias habitus. ita q; primo considerabit substantiam ut est quoddam generalissimum et ve

# Porphirit

Si non distinguitur ab alijs predicamētis & postea poterit considerare substantiam quantum ad ea que sibi insunt. sed hoc non faciet per habitum logice sed p̄ illū aq̄iret alium habitum de re. ¶ Item quia aliquis posset dicere q̄ logicus considerat distinctionem predicamentorum penes modos essendi ex quibus sumuntur modi predicandi. q̄r silos modos essendi ex quibus sumuntur modi predicandi logicus considerat illud. p̄imum potest negari. quia licet logicus consideret modos essendi. vt sunt cause intentionum tamen secundum id qđ sunt ipsos nō considerat modo penes intentiones predicamenta nō habent distinguunt. quare r̄c. nec modi essendi ex quibus sumuntur intentiones se non sunt modi essendi proprii s̄z cōmunes omnibus predicamentis modo penes illud quod est cōmune omnibus predicamentis. predicamenta non possunt distinguiri. quare r̄c.

## Tunc ad ratiōes.

Ad primam cum dicitur quicq̄ considerat effectum. r̄c. dico q̄ qui considerat effectum s̄m q̄ effectus est considerat causam. licet qui considerat effectus illud quod est effectus non oportet q̄ considerer causam. Et cum dicitur intentiones secunde sunt cause a rebus & modis essendi rerum. verum ē q̄ sunt cause a modis essendi rerum cōmibus. ergo dices q̄ logicus actu considerabit. verū est si consideret intentiones vt sunt cause a rebus. modo posset aliquis dicere q̄ non considerat intentiones isto modo scilicet vt sunt cause a rebus. ideo considerat eas s̄m se & absolute & s̄m illud q̄ sunt. vi denominant res sapientia quas fundantur. etiam ratio non concludit. quia bene volo q̄ logicus considerabit in modis essendi cōmunes. vt sunt cause intentionum mo-

do s̄z istos modos essendi committentes predicamenta non distinguunt. ¶ Ad aliam cum dicitur unusquisq; potest distinguere ea que sunt de consideratione sua. verū ē si penes hoc q̄ eas considerat distinguantur. si tamen nō distinguuntur penes hoc q̄ ea considerat non oportet & cum dicitur logicus considerat predicamenta. verum est vt sunt subiecta intentionibus. ergo poterit ea distinguere. verum est si distinguatur illo modo quo illa considerat: modo nō distinguuntur penes intentiones secundas. imo quantum ad hoc convenit imo non oportet q̄ logicus per se distinguat illa predicamenta. ¶ Ad aliam cum dicitur q̄ phylosphus ea distinguit in littera. dico q̄ non distinguuit ibi predicamenta nec probat distinctiones predicamentorum vt apparet. imo ibi narrat distinctionem predicamentorum datam ab artifice alio vnde vtitur ibi ea supponendo eam ab alio artifice sicut ex quanto metaphysice etiam potest dici q̄ phylosphus non dat ibi distinctionem predicamentorum vt logicus est imo vt est indutus forma alterius artificis. videlicet metaphysici.

## Onsequester

queritur. Utrum predicamentum logicum & meta-/physicum sint unum & idem predicamentum. Et arguitur q̄ non. quia illa que habent diversas species. non sunt unum predicamentum modo predicamentum logicum & metaphysicum habent diversas species. ergo & cetera. Ad alior patet. quia sicut dicitur in predicamentis diversorum generum & nō subalternatum positionum diverse sunt species & differentie. Adinor patet. quia in predicamento logico sunt substantie corruptibiles & in corruptibilis. sed ille non sunt in eodem genere

# Rōnes

metaphysico. qz corruptibile & incorrup-  
tibile differunt p<sup>l</sup> ḡne vt dicit phyllo  
sophus. Item illa que pertinent ad di-  
uersos artifices non sunt vnu & idem mo-  
do predicamentū logicū & metaphysi-  
cum non pertinent ad eundem artificē  
imo ad diuersos. ergo &c. Ad alioz patz  
quia diuersorum artificium diuerse sūt  
considerationes. Ad ino de se patet.

**O**pposituz Arguitur. qz  
illa que habet  
eisdem proprietatibus sunt eadem sed pre-  
dicamentū logicum & metaphysicū sunt  
huiusmodi. ergo &c. Ad alioz patz. quia  
eodem proprietatibus sunt eiusdem nature  
Ad ino patet. quia proprietates predica-  
menti logici quantū ad subam sunt reci-  
pere contraria: nō esse in subo. non ha-  
bere contraria. & sic inducendo in alijs  
proprietatibus & in alijs predicamentis mo-  
do ille eedē proprietates sunt in predica-  
mento metaphysico vt aparet hoc meta-  
physice. ergo &c. Ad solutionē istius  
questio[n]is notandum est quid est predicamen-  
tū logicū & quid est predicamentū  
metaphysicū. Predicamentū logicū est  
ordinatio predicabilū vel res ordinate  
secundum superiorū & inferius & sub ista  
ratione predicamentū metaphysicū est  
ipsa res vt est quedā differentia entis si  
cut suba vt ē differentia distincta entis a  
qualitate. & sic de alijs. Tunc dico  
duo ad questionē: priu[m] qz predicamen-  
tū logicū & metaphysicū quantū ad  
rem non distinguuntur: hoc dico qz quan-  
tum ad rationes formales secundū qz  
considerat a metaphysico & a logico disti-  
guuntur. Primum declarat sic. qz illa  
non distinguuntur quantū ad rem quo-  
rum sunt eadem proprietates reales sed  
predicamentū logicū & metaphysicū  
sunt huiusmodi. ergo &c. Ad ino patet  
de se. & ino probat. qz sicut sube qz  
predicamentū logicū hinc iste proprie-  
tes qz ipsa vna & eadē numero exīs est  
susceptibilis contrariū secundū sui in-

# Li.

tationem & qualitatis qz sūm eam simile  
& dissimile dicunt & sic de alijs. accipieō  
ea quantū ad rem cui pōt intentio appli-  
car. ideo quantū ad rem sunt idez. Unū  
predicamentū logicū & metaphysicū  
quantū ad rationes formales distingui-  
tur qz logici considerat predicamenta  
penes modos predicandi superioris de  
inferiori & penes illud predicamentum  
logicū est predicamentū formaliter. sed  
predicamentū metaphysicū nō dicit me-  
taphysicū penes modos predicandi su-  
perioris de inferiori. sed magis vt ē que-  
dam differentia entis.

**T**unc ad rōnes. Ad p<sup>l</sup>am cu dī  
illa qz habent &c. ve-  
rum est sūm rationes formales & cum  
dicitur predicamentū logicū &c. ve-  
rum est & ideo non sunt formaliter vnu  
& idem. vel potest negari minor & cum  
dicitur substantiae corporales & incorpo-  
rales &c. falsum est. & cum dicitur phy-  
losophus dicit qz dissent &c. verum ēst  
de genere naturali loquendo. & qz phy-  
losophus intelligat de genere naturali.  
patet per illud quod ipse subdixit. po-  
stea dicit enim non enim cōsunt in ma-  
teria ex qua materia sumitur genus na-  
turale. Ad aliam cum dicitur illa que  
pertinent &c. verum est formaliter & se-  
cundum rationē in tamē possunt esse  
eedē res aliter & aliter considerate.  
Ratio in oppositū sua via proce-  
dit. bene enim probat qz quantum ad  
rem sunt idem tamē quantum ad ra-  
tiones formales sunt distincta vel alia.

# Onsequenter

queritor. Utrum equinocuz  
sit vniuocum. Et arguitur qz  
non. quia nullum equinocum est vni-  
uocum illa est vera. ergo ista est falsa ex  
uocum est vniuocum. atqz patet per in-  
ductionem. quia illud equinoccum qd ē  
ēs non est vniuocum & illud equino-  
cum quod est expeditus non est vniuo-

# Porphirii

etum: sic de alijs. ergo nullum equino-  
cum est vniuocum & equiuocum est  
vniuocum. **C** Item omne equinocuz  
est vniuocum canis est equiuocum. er-  
go canis est aliquid vniuocum conse-  
quens est falsum. ergo aliqua premissa  
rum. non minor que dicit canis est equi-  
uocum. ergo maior que dicit equiuo-  
cum est vniuocuz. **C** Item nullum op-  
positum potest verificari de suo oppo-  
sito. male enim dicitur albedo est nigre-  
do: modo equinocuz & vniuocum sunt  
opposita. ergo vnum de altero non po-  
test verificari. male ergo dicit equinocuz  
est vniuocuz.

**In oppositum** est sicut  
Et arguitur ratione qd solius vniuociz  
dissimilitudo: equinocuz est dissimilitudo ut appa-  
ret in primo libro. ergo equiuocum est  
vniuocum. **C** Ad istam questionem in-  
telligendum est qd equinocum & vniuo-  
cum sunt nomina intentionum. & ideo  
potest sumi vel pro intentione concreta  
equinocuz vel pro re subiecta intentioni  
modo si accipiatur pro intentione. sed a  
concreta equinocuz isto modo equinocuz  
est vniuocum respectu intentionum spe-  
cialium equinocuz in diversis obiis specia-  
libus fundatarum. & huius ratio est. qd  
illud quod predicitur sicut vnum nomine  
& vnam rationem sumptam sicut illud  
nomen est vniuocum: modo equinocuz  
pro intentione equinocuz predicitur de  
pluribus intentionibus specialibus eq-  
uinocuz fundatis in specialibus obiis. sicut vnu  
nomen & vnam rationem sumptam sicut illud  
nomen est vniuocum: maior: appareat per dis-  
similitudem vniuocorum que est vniuocum  
sunt quorum nomen est commune & sicut illud  
nomen in ratio substantiae est eadem.  
vnde quicquid predicitur sicut vnum  
nomen & vnam rationem sicut illud no-  
men sunt vniuocum: saltum si illa ratio eq-  
uerit principia ab illis qbus predicitur pro

bo minorem sicut hoc equinocuz attri-  
butur cani est equiuocum habet equi-  
uocuz qd attribuitur. expediens tamen  
obo est equiuocum & predicit de ipsis  
secundum vnum nomen & vnam ratio-  
nem sicut illud nomen. quia ratio equi-  
uoci est ista: equiuocum pro intentione  
equinocuz attribuitur obo: quia predicit  
de multis sicut vnum nomen & diuersas  
rationes sicut illud nomen modo de  
isto equiuoco fundato in hoc qd est canis  
predicitur equiuocum sicut qd illa inten-  
tio particularis fundata in cane attribui-  
tur ei sicut qd predicit de multis sicut vnu  
nomen & diuersas rationes. & isto mo-  
do predicitur de intentione equoci fun-  
data in hoc qd est expediens & de alijs.  
ergo equiuocum predicitur de ipsis in-  
tentionibus fundatis in obiis specialibus  
sicut vnum nomen & vnam rationem: &  
sic illa predicatione est essentialis. & est su-  
perioris de inferiori: dicendo hoc equi-  
uocum est equiuocum. sicut enim his  
homo albus qd est intelligitur. & albū &  
intelligatur illud sane. vnde non intelligi-  
go qd dicendo canis est equiuocum ex/  
pediens est equiuocum. & sic de alijs.  
sit ibi predicatione vniuoca. superioris de  
inferiori: immo est predicatione denomina-  
tiva intentione de obiecto supra quod  
fundatur. sicut enim homo est species  
al est genus: sed respectu intentionum  
fundatarum specialium in ipsis obiectis  
equiuocum est superius & predicitur  
de ipsis inquit & non denominative.  
**C** Si autem accipiatur equinocuz pro  
re subiecta intentioni equinocuz. Quidaz  
dicunt qd equinocuz isto modo est vni-  
uocum & adducunt duas rationes ad  
prima est hec magis conuenit res  
cum re qd cum intentione ut dicen-  
do equiuocum est vniuocuz ibi verifi-  
catur equiuocum de equinoco. pro in-  
tentione equiuoca. ergo multo fortius  
vniuocum verificabitur de equiuoco

# Questiones

21.

pro intentione & re subiecta intentioni equinocti. Item illud quod predicitur de pluribus sicut unum nomen & unam rationem est uniuocum. sed equinoctum pro re subiecta intentioni predicatur de pluribus sicut unum nomen & unam rationem. quare et. Ad hoc patet probo minores sicut dicendo canis est equinocum laborans est equinocum. & sic de alijs. ibi equinocum pro re subiecta intentioni sicut unum nomen ut de se patet. etiam predicitur de istis secundum unam rationem. quia ratio equinocti est quod nomen sit communem pluribus. Et secundum illud nomen sit diversa ratio modo illa ratio equinocti predicitur de cane. & expeditè & sic de alijs. quare et. Item ille rationes non valent. prima ratio non valet. immo est defectuosa in maiori quando dicitur quod magis conuenit res cum re quam intentione cum intentione. dico quod verum est si res eiusdem coordinationis & eiusdem rationis. si autem sunt res diversarum coordinationum non oportet. Unde intentione magis conuenit cum re. quam denominat quod conueniat res unius coordinationis cum re alterius coordinationis. sed hec res attribuitur rationi uniuocati. & res cum attribuitur rationi equinocti sunt res diversarum coordinationum: quia fundantur super illas ille intentiones. quare et. Etiam considerando equinocum est uniuocum non est sensus quod equinocum secundum quod est res subiecta intentione equinocti sit res subiecta intentione equinocti. immo est sensus quod intentione equinocti potest fundari super intentionem equinocti. & predicitur ibi denominativa intentione uniuoca de intentione equinocti si ut de obiecto supra quod fundatur sicut hec est predi-

catio falsa: & dico pro re absolute & non pro re ut subiecta intentioni equinocti denominativa intentionis de obiecto. ut animal est uniuocum homo est uniuocum ita est in proposito. Etiam secunda ratio non valet quando dicitur illud quod predicitur de multis secundum unum nomen & unam rationem denominativa & non inquit non oportet quod sit uniuocum. Et cum dicitur quod equinoctum pro re subiecta intentioni predicitur secundum unum nomen et. dico quod non predicitur in quid sed uniuoce & cum dicitur canis est equinocum. equinocum predicitur de cane. & etiam eius dissimilitudo. & ideo ista predicatione est denominativa canis est equinocum. sicut ista homo est albus & canis est albus. & equus est albus: unde consimile argumentum est hic ac si diceretur album predicitur de equo & homine. sed non ut homo est albus & equus est albus: & etiam secundum unam rationem. nam ratio albi predicitur de homine & equo. dicendo homo est coloratus colore segregante visum ergo. & album predicitur denominativa de homine & equo sicut est in proposito. Nam equinocum predicitur denominativa de cane & non inquit. & ratio de homine & equo & cane & sic de alijs equinocti. non predicitur in quid sicut nec equinocum. sic ratio albi non predicitur in quid de homine nec de equo sed denominativa. Et ideo dico quod illud equinocum est uniuocum pro re subiecta intentioni equinocti est falsa. & dico pro rei absolute. non autem ut est subiecta intentioni equinocti. quia illud non differt ab intentione equinocti. & ut sic intentione equinocti non est subiecta intentionis secunde. ut res illa non est significata per vocem equinocam. Et hoc probatur sic. quia illud quod predicitur de aliquibus sicut unius nomen &

# Porphyrif

diuersas rationes sū illud tale nomen  
vt sic non est vniuocum. modo res cui  
potest attribui intentio equiuoci predi-  
catur de illis de quibus predicatur sū  
vnum nomen & diuersas rationes. er-  
go talis res non est aliquid vniuocum  
respectu illorum respectu quorum pre-  
dicatur. Ad hoc patet quia hec est con-  
traria rationi vniuocorum. sedm q̄ res  
attribuitur intellectui vniuoci. Minor  
de se manifesta est. quia canis predica-  
tur de suis significatis scđm vnum no-  
men & diuersas rationes. Et si dicas ve-  
rum est q̄ res subiecta intentioni equi-  
uoce respectu significatorum predica-  
tur scđm diuersas rationes tamen re-  
spectu suorum inferiorum non est ve-  
rum. dico q̄ isto modo non habent ra-  
tionem equiuoci. sed magis vniuoci.  
Item illud idem probatur sic. quia  
rebus diuersorum predicamentorum  
nihil est cōmune vniuocum modo res  
subiecta intentioni equiuoci in omnib⁹  
predicamentis potest reperiſi. ergo illa  
res non est aliquid cōmune vniuocum  
& ad omnes res de quibus predicatur.  
Ad hoc de se patet & mino: apparet. in  
substantia enim & qualitate & alijs pre-  
dicamentis reperiſit res cui potest at-  
tribui intentio equiuoci. In substantia  
sic canis dicitur equiuoce de sydere ce-  
lesti. pisce marino & cane latrabilis & in  
qualitate sicut album in uoce & colore.  
& sic de alijs predicamentis. Item  
res subiecta intentioni equiuoci aut at-  
tribuitur vel accipitur vt est subiecta in-  
tentio equiuoci sic formaliter vt differt  
ab intentione considerata equiuoci & sic  
vniuocum respectu superiorum suo-  
rum & non significatorum. Si anteꝝ  
accipiatur sū illud quod est absolute.  
aut sumitnr per comparationem ad  
sua superiora sicut canis per compara-  
tionem ad sua inferiora habet sic ratio-

nem vniuocam respectu mortis sicut  
canis latrabilis respectu illius canis &  
istius habet rationem vniuoci. Si  
autem accipiatur pro re in comparatio-  
ne ad sua significata sic non est vniuocum &  
quia intentio oppositi attribuitur sibi  
illo modo scilicet illo modo equiuoci  
ergo intentio vniuoci non attribuitur  
sibi illo modo sub ista ratione

## Tunc ad rationes

Ad primam cum dicitur illa est vera  
nullum equiuocum est vniuocum &c.  
Dico q̄ illa est vera pro intentione eq̄  
uoci & quando probatur q̄ accidentis  
est vniuocum &c. Dico q̄ in male di-  
cis. inducis enim in re subiecta inten-  
tioni & non intentionem. sic autem in-  
duceret sicut intentio equiuoci attribui-  
ta expedienti non est vniuocum &c.  
Tunc rationes ille non essent vere be-  
ne similis inductioni. & sicut diceretur  
homo est vniuocum album est vniuocu-  
muz; & si diceretur sic sor. est vniuocum  
populus est vniuocum. & etiam hoc  
non dicitur cōsimiliter est in proposito.  
quia debet induci in intentione. & hoc  
modo est falsum. Ad aliam cum di-  
citur equiuocum est vniuocum canis  
est vniuocum &c. Dico q̄ ibi est falsa  
accidentis. quia dicitur in maiorī equiuocum  
est vniuocum canis est vniuocum  
in intentione equiuoci. Et cum  
dicitur in minori canis est vniuocum  
iam accipis pro re subiecta intentioni  
equiuoci. unde esse equiuocum perti-  
net ad differentiam inter equiuocum  
quod est intentio & hoc quod est canis  
nam sub illa ratione sub qua equiuoco  
attribuitur vniuocum extraneum est si  
bi canis. Ad alia cū dī vnu opposito  
rum non potest verificari de altero. ve-  
rum est sū q̄ opposita sunt: & cū dicat

## Mōnes

equinoctium & vniuocum sunt opposita  
verum est respectu significatorū: quā equi-  
noci & vniuoci; sed equinocti respectu  
intentionis inferiorū equinocti non oppo-  
nuntur vniuoca secundo respectu illorū  
equinoctiorū est vniuocum.

## Onsequenter

q̄rit. Ultrū p̄dicamenta sunt tan-  
tū decem & nec plura nec pau-  
ciora. **C** Et arguit primo q̄p sunt paucio-  
ra: quia quot modis dicitur vnum op-  
positorum tot modis dicitur & reliquū  
sed substantia; & accidens sunt opposita  
& non est nisi vnum predicamentū sub-  
stantie. ergo non erit nisi vnum acciden-  
tis. & sic solum erunt duo p̄dicamen-  
ta. maior habetur primo topicorum. &  
minor de se patet. **C** Itē p̄bō q̄ actio  
& passio non sunt nisi vnum p̄dicamen-  
tum. & per consequens p̄dicamenta nō  
erunt nisi nonē: quia illa que habent  
aliquid commune supra se non sunt di-  
stincta p̄dicamenta: immo cōnīnit  
in uno p̄dicamento modo actio & pas-  
sio habet aliquid cōmune supra se quia  
predicatur d̄ ip̄sīs sicut motus. nā actio  
est motus. et passio est motus. **C** Itē  
probatur q̄ quando & situs & vbi & ha-  
bitus & dispositio non distinguantur: q̄r  
illa que referuntur ad alterum sunt de  
generē relationis: & per consequens nō  
distinguuntur a relatione. modo illa pas-  
sio quādo vbi habit? tē. sunt huiusmo-  
di. ergo tē. probatō minoris quia quā-  
do est q̄ ex adiacētia relinquitur in re  
proportionale modo adiacētia ad alte-  
rum referunt quia dicitur adiacētia q̄r  
adiacet alteri. & vbi ex auctoritate sex p̄n-  
cipiorum est c̄r̄cūscriptio ex loci c̄r̄cū-  
scriptione procedens. modo c̄r̄cūscri-  
ptio est ad aliquid etiam habitus est ad  
aliquid. dicitur enim habitus. Etiam si-  
tus ad aliquid est exordiatio partium

## Li.

in loco. modo ordinatio dicitur ordina-  
biliū ordinatio. sic igit̄ erunt sex p̄di-  
camenta. **C** Item ostenditur q̄ quan-  
do & vbi faciunt vnum p̄dicamentū  
quia si causa ē vniuoca & effectus ē vni-  
uocus: sicut apparet. ex intentione phy-  
losophi in multis locis: quia in p̄mo po-  
steriorum. & 5° metaphysice. secundo  
physicorum. modo causa illorum & q̄  
& vbi est vniuoca. ergo illa continentur  
sub aliquo vniuoco & sic non facient di-  
stincta p̄dicamenta. maior declaratur  
quia vbi causatur a loco. & quando cau-  
satur a tempore. modo tempus & loc⁹  
continentur imēdiate sub quantitate cō-  
tinua: quare tē. **C** Itē arguitur q̄ sine  
plura q̄ decem: quia sicut se habet age-  
re ad pati ita se habet habere ad haberi.  
modo agere & pati sunt p̄dicamenta  
distincta. ergo habere & haberī sunt p̄-  
dicamenta distincta. maior patet. q̄ ha-  
bere est actiū & haberī passiū. **C** Itē  
quot modis dicitur vnum oppositorū  
tot modis dicitur & reliquū: sed sub-  
stantia & accidens sunt opposita. ergo quot  
modis dicitur accidens tot modis dice-  
tis substantia: & sic erunt decem nouem  
p̄dicamenta.

**In oppositum** est ph̄y-  
losoph⁹  
qui non numerat nisi decem nec plura  
nec pauciora. Et hoc pbatur dando suf-  
ficiētiā p̄dicamentori. quia omne  
ens aut est per se subsistens aut in alio  
existens. si sit per se subsistens sic est p̄-  
dicamentum substantie. si sit in alio ex-  
sistens hoc est dupliciter: quia aut est ens  
absolutum existens in alio aut in relatio-  
ne aut alteri: propter quāz obiectum in  
quo est si sit ens existens in alio in rela-  
tione ad alterum tamen sicut ratio sine  
p̄dicamentū relationis si sit in alio: ens  
absolutum hoc est dupliciter: quia vel  
causatur in subiecto ab intrinseco vel ab  
extrinseco. si ab intrinseco hoc est dupli-

# Porphirii

eter: quia aut consequitur subiectum ratione materie aut forme si consequitur subiectum ratione materie sic est quantitas: quia quantitas consequitur subiectum ratione materie: ut vult Boetius super capitulo de qualitate. si autem consequatur subiectus ratione forme sic est qualitas. si autem sit ab extrinseco. hoc est tripliciter: quia aut unum comparatur ad alterum sicut agens aut sicut patiens aut sicut mensurans et mensuratum aut sicut continens ad contentum. si primo modo sic sunt illa duo predicamenta actio et passio. actio ex parte agentis et passio ex parte patientis et actio consequitur subiectum ratione forme et passio ratione materie. quia forma est agere et materie est pati. **C** Si autem unus comparetur ad alterum sicut mensura extrinseca ad mensuratum sic est quando quia causatur ex adjacentia temporis. si ad rem temporalem tempus est mensura extrinseca respectu rei temporalis. **C** Si autem comparantur adiuvicem sicut continens ad contentum hoc est dupliciter: quia vel penes habitudinem continentis ad contentum vel penes habitudinem continentis ad continentem. si penes habitudinem continentis ad continentem sic est habitus quia habitus est eorum que sunt circa corpus adjacentia. Unde causatur ex habitudine contenti ad continentem. si fiat penes habitudinem continentis ad contentum. hoc est dupliciter: quia aut comparatur ad contentum fin se et absolute et sic est ubi quia causatur ex loci circumscriptione aut comparatur continentis ad contentum fin suas partes et sic est situs vel passio que est ordinatio partium in loco. **C** Alia sufficiencia concordat cum sufficientia simplici. **C** Alia sufficientia potest accipi expositione antiquorum. sic omne quod est vel est substantia vel est accidentis. si substantia sic est predicamentum substantie. si sit

accidens aut causatur ab intrinseco aut ab extrinseco aut per ipsum ab intrinseco aut est accidentis absolutum aut respectum preterquam ad subiectum. si sit absolumentum aut consequitur subiectum ratione materie et sic est quantitas aut ratione forme et sic est qualitas. si sit respectum sic est relatio. si sit partim ab intrinseco et partim ab extrinseco. vel inesse ab intrinseco ratione forme et sic est actio quia actio consequitur formam si sit ratione materie et sic est passio si sit ab extrinseco aut est penes habitudinem mensure ad mensuratum: et sic est quando quia causatur in re temporali et tempore vel penes habitudinem contenti ad continentem et hoc dupliciter vel contentum habet continens et econuerso. si primo modo. sic est habitus quia omnia habitus caputus est habitus si contentus habeat continentem hoc est quia vel comparatur ad contentum fin se vel fin partes: si primo modo sic est ubi. si secundo modo sic est positio. Sic ergo apparet quod sunt decem predicamenta nec plura nec pauciora.

## Tunc ad rationes.

Ad primam cum dicitur quot modis dicitur unum oppositorum et ceterum. dico quod verum est quantum ad significatum non autem quo ad supposita. et cum dicitur substantia et accidentis opponuntur concedatur. ergo quot sunt predicamenta substantie et ceterum tamen non oportet. quod quot sunt supposita inveniuntur tot sunt supposita alterius: sed quot sunt significata inveniuntur tot sunt significata alterius tamen supposita accidentis sunt plura quam supposita substantie. **C** Sed quia aliquis diceret quod accidentis dicitur analogice de accidentibus specialibus sicut de quantitate et qualitate: et sic de aliis. tunc illa essent significata accidentis et non supposita. Ideo alius potest dici quando dicitur quot mo-

als dicitur vnam oppositorū tē. verū est si illa propria significata vnius oppo-  
siti opponantur alteri sīm proprias ra-  
tiones eoram. et cum dicitur substantia  
et accidens opponuntur verū est. et iō  
quot modis dicitur substantia tot dici-  
tur et accidens sīm rationem communē  
accidentis; sed quantitas et qualitas et alia  
predicamenta accidentiū sīm proprias  
rationes non opponuntur substantia; sī  
magis conuenient in ratione accidentis  
in ratione communis per quam sunt  
entia in alio. Tel potest dici q̄p substā-  
tia et accidens sunt dissimilares solū attributa  
solū habent intelligi in illis. Ad aliam  
cum dicitur illa que habet aliquid com-  
mune supra se tē. concedo si sit aliquid  
commune vniuersum. et tū dicitur actio  
et passio habet aliquid commune supra  
se. dico q̄p falsum est de essentia actionis  
et passionis; et credo esse verum. Unde  
illa predicatione actio est motus passio est  
motus non est predicatione essentialis; iō  
est predicatione subiecti de accidentibus  
et materialis; quia actio et passio sunt que-  
dam proprietates fundate in motu ad-  
huc pōt adduci testis physiologi. octa-  
to physicorum. dicit enim ibi q̄p actio et  
passio nō sunt vnum sed motus cui hec  
insint. ergo vult q̄p actio et passio insint  
motui sicut obiecto. verum q̄p frater  
Thomas ordinis predicatorum. vult  
q̄p sit ibi vnuus motus essentialis. Ad  
aliam cum dicitur illa que referunt tē.  
concedo si per se et essentialiter referan-  
tur ad alio. et cū dicit quādō et vbi tē.  
referuntur ad aliquid falsum est. non n.  
referuntur ad aliquid. et cum probatur  
quando est adiacentia; sed ex adiacentia  
ex habitudine temporis ad rem tempo-  
ralem. Unde quando non est ratio; sed  
est modus essendi sīm quem aliquis  
denotat habere aliquid; et causatur ex  
habitudine contenti ad continuos; sed be-  
ne verum est q̄p supra ipsum habitum

habet standari relatio. Etiam posito  
est quidam modus essendi sīm quem  
siquis dicitur habere partes et non est  
habitus talis ordinatio partium; sed est  
quidam modus essendi causatus exta-  
ti ordinatione. Ad aliam cum dicitur  
sīcausa est vniuersa effectus est vniuo-  
rus tē. verum est si causa sīm q̄p causa  
est vniuersa et effectus est vniuersus. et  
cum dicitur causa a qua causatur vbi et  
quando est vniuersa falsum est; sī q̄p est  
causa illorum et cuz probatur; quia tem-  
pus et loc⁹ a quibus causantur illa sunt  
vniuersa contenta sub quantitate conti-  
nua. dico q̄p temp⁹ et loc⁹ possunt con-  
siderari duplicitate vel sīm esse quod ha-  
bent extra animam vel quantum ad re-  
comunem in istis receptaz modo quā-  
tum ad illam rationem communem vni-  
uersantur in quantitate continua et sic nō  
sunt causa illorum sed quantum ad sīm  
esse reale non vniuersantur in alio et sīm  
vbi sunt causata vbi et quando. Ad  
aliam cum dicitur sicut se habet agens  
ad patiens tē. dico q̄p in aliquo est simi-  
le et in aliquo dissimile in hoc q̄p sicut age-  
re significat per modum activi et pati p̄  
modum passivi ita habere significat ut  
activi et haberi ut passiu⁹; et in alio est  
dissimile; quia id est modus sīm quē  
aliquis dicitur habere capaz et sīm quē  
capa dicitur haberi ab ipso. quia scdm  
quecunq; ipsorum aliquis dicitur habe-  
re capam. sic autem non est in agere et  
pati; quia non est idem modus essendi  
sīm quem aliquis est agens et sīm quē  
aliquis est patiens vel potest dici q̄p ha-  
bere et haberi faciunt diversa predica-  
menta sed habere sīm q̄p continens ha-  
bet contentum et habet reduci ad vbi.  
Ad aliam cum dicitur quot modis  
dicitur vnum oppositorum tot modis  
dicitur et reliquum tē. ista ratio est so-  
luta pilus; quia illud verum est si oppo-  
nuntur sīm proprias rationes cūslibet.

# Porphirii

Significati modo non est sicut in proposito  
ut vistum est.

## Onseque[n]ter

queritur circa predicamentū substantie cīcā substantiam in communi. Utrum substantia sit vnu genis ad substantias materiales & immateriales & arguitur qđ nō. quia corruptibile & incorruptibile non sunt in uno genere & sic substantia non est genus ad ilas. maior patet. per philosophum. io. metaphysice. qui dicit qđ corruptibile & incorruptibile differunt plusqđ generē minor apparēt et quia substantia separata a materia sunt incorruptibles: ut apparet. 12. metaphysice substantie autem mortales ut apparet ad sensum. C Itē quecunqđ nō conueniunt in uno modo essendi cōmuni non possunt esse in uno genere: sed substantie mortales & immortales non conueniant in uno modo eū di communi. ergo maior patet de se. & minor probatur. quia ois modus essēti qđ est communis substantiis inferioribus & superioribus reperitur ibi equinoce. C Itē species debent esse coeque sub genere. modo substantie materiales & immateriales non sunt coeque sub substantia. ergo r̄c. maior patet. per Boetium in divisione suis: & etiam per philosophum in predicamentis suis: qui vult qđ species & differētē sunt simul sub genere. minor declaratur: quia substantie materiales primo sunt substantiae qđ immateriales. Qd probatur: quia quandocunque inest aliquid cause & causato p̄t̄s inest cause qđ causato modo substantie materiales sunt cause substantiarū materialium. igitur cum substantia insit virtutē p̄t̄s inest substantiis immaterialibus

qđ immaterialibus.

**In oppositum** arguitur. qđ illud quod est principiū est vnum genus. sed substantia est huiusmodi. ergo substantia est vnum genus. maior pars quia principiū dicitur per superabundantiam. modo quod p̄ superabundantiam dicitur vni soli pertinet. quare r̄c. C Itē hoc apparet per Porphyrum qui dividit substantiam in substantia corporēa & incorpoream. modo substantia in corporalē est substantia immaterialis; vel separata ab eius materia. substantia aut̄ corporalē est substantia materialis. ergo vult qđ substantia sit genus ad substantias materiales & immateriales. C Itē omne ens extra animam existens est in aliquo predicamento. modo non sunt in aliquo predicamento accidentēs. ergo sunt in predicamento substantie. Ulterius sicut in predicamento substantie. vel ergo in eodem predicamento cum substantiis materialibus vel in aliquo alio non in alio qđ in predicamento sube: quia tunc essent plura qđ decē p̄dicamenta. C Ad istaz questionē dico duo. primo qđ substantie materiales & immateriales sunt in eodez predicamento logico. secundo dico qđ nō sunt in eodem genere naturali. P̄dram probatur sic. quia genus logicum sumitur ab una ratione cōmuni. Unde quecunqđ habent unam rationem communem: que est extra rationem differentiarū dividētū illud cōmune illa sunt in eodē genere cum istud genus logicum sumatur ab unitate rationis. modo substantie materiales & immateriales habent unam rationem communem que ē extra rationem differentiarū dividētū illud gen̄. ergo illa sicut in uno genere logico. maior: p̄t̄ cūlibet: quia quecunqđ habet unam rationem communē r̄c. dūmodo sit extra rationē dīari. illud genus cōt̄ dividētū. dico p̄ prōnez entis: qđ ens

# Questiones

21.

sit unus rationis pro ratione substantia  
et accidente tamen illa ratio entis non  
est extra rationem differentiarum di-  
videntium ipsum ens immo in quolibet dividente licet ratio entis includatur:  
et ideo ens non est genus. quia ratio  
generis debet esse extra rationem dif-  
ferentiarum. Minor declaratur. quia  
in quibusque reperitur unus modus  
essendi communis eisdem reperitur ali-  
qua una ratio intelligendi communis.  
quia ratio intelligendi sumitur a modo  
essendi modo in substantiis materiali-  
bus et immaterialibus reperitur unus  
modus essendi communis sicut per se  
sistere. quia tam substantiae materiales  
et immateriales per se subsistunt. ergo  
ex illo modo essendi sumitur una ratio  
communis. et illa ratio est extra ratio-  
nem dividentium sicut extra rationem  
corpoream et incorpoream que sunt dif-  
ferentie prime dividentes ipsam sub-  
stantiam. C Si tu obijcies contra hoc  
quia dictum est quod in substantiis mate-  
rialibus et immaterialibus reperitur un-  
us modus essendi sicut per se subsistere.  
pilus reperitur in substantiis mate-//  
rialibus et in materialibus. quia quod  
inest cause et causato. primo modo can-  
se et causato modo immateriales sunt  
cause materialium. ergo per se subsis-  
tente. prius inest eius in substantiis ma-  
terialibus. C Ad istam potest dici du-  
pliciter. primo sic. quia ad veritatem ge-  
neris logici non requiratur omnimoda  
idemperitas modi essendi a quo sumi-  
tur eius ratio sed sufficit aliqualis simili-  
tudo separata in illis que sunt contenta  
sub illo genere: et hoc patet per Temisti-  
um in primo de anima super illa parte  
universalis autem et ceteris qui vult ibi quod ge-  
nus sui conceptus sine hypothesi sumptus  
ex tenui similitudine singularium. et di-  
cit sine hypothesi idemst sine fundamento rea-  
li ex tenui et ceteris. idemst ex debili similitudin-

ne sdest ex aliquo modo essendi simili-  
reerto i pluribus singularibus: et ideo  
licet per se subsistere sit primo in subijs  
immaterialibus quod in materialibus tam  
ille modus essendi utroque reperitur si  
missis est. et hoc sufficit ad hoc quod ibi sumat-  
ur una ratio generis. Vnde potest dici cum dicte  
quod quicquid inest cause ies causato vernum  
est: tamen licet prius participetur a cau-  
sa quod a causato ipsum finis se potest esse  
eiusdem rationis in causa et causato sicut  
calor prius participatur in igne quod in fer-  
ro tamen calor est eiusdem rationis utro-  
que: nam omnis calor est eiusdem spe-  
ciei omni calori eodem modo. licet per  
se subsistere: per se primo inquit subijs ima-  
terialibus quod in materialibus. tam potest  
dici quod finis se contraria eiusdem rationis est  
in utrisque et sufficit ad hoc quod ibi sumat-  
ur una ratio communis generis. C Ad  
aliam cum dicitur species debent esse  
coequales sub genere. vero est in comparatione  
ad suum genus tamen si inter se com-  
parentur. una potest esse posterior: altera.  
imo id est necessarium in genere sive  
quia finis philosophum in decimo me-  
tabolisce forme substantiales sunt sicut  
numeri. quia sicut numeri non possunt  
equaliter distare ab unitate: ita equaliter  
impossibile est quod plures species distaret  
modo substantie materiales et immate-  
riales. licet comparando ipsas inter se  
non sunt coequales sicut comparando binari-  
um ad trinarium inter se binarius pilus  
est trinario sed comparando ipsa ad  
numerum ut sunt sub numero: sic dico  
in proposito fini diversas. quia illa non  
sunt in uno genere naturali. que non co-  
municant materia. quia substantiae im-  
materialies non habent contrariam. ergo  
illa non sunt unus generis.

## Lunc ad rationes

Ad primam cui dicitur corruptibile. et cor-  
ruptibile non sunt in uno et eodem genere

# Porphyril

est in uno genere naturali & sic intelligit  
ibi philosophus. q: appetet per testuz  
elius: quia subdit postea. non enim com  
municant in materia aqua: quidem ma  
teria sumitur genus naturale: sed bene  
possunt esse in eodez genere logico & h  
nece e. Ad aliam cum dicitur quecum  
q: non coicant in uno modo essendi co  
muni &c. ista ratio soluta est ex dictis. q:  
vis e reperiri unum modum essendi in  
subj. materialib: & in materialib: quo  
modo essendi potest sumi una ro gnis.

## Onsequenter

queritur. utrum suba que est  
genus generalissimum sit sim  
plex vel composta. Et arguitur q: si co  
posita. Quia illa suba e genus generaliss  
imum cui competit propria proprietas  
sube assignata in predicamentis de ipa  
modo propria proprietate substantie co  
petit substantie composite: qre &c. ma  
ior e nota. quia forma per se non subsi  
dit nec materia sed compositum ex ma  
teria & form: quia illud quod per se sub  
sistit e homo. 7° methaphy. Item il  
lud quod per se & primo modo dicen  
di per se predicatur de substantia com  
posita est substantia: quia suba simplex  
non per se predicatur de composta: si  
suba que est genus generalissimum p: se  
predicatur de substantia composta: sicut  
dicendo soz. est substantia. quare &c.

**Oppositum** arguitur. q:  
q: per se predicaret de substantia simplici  
est genus simplex modo suba que e ge  
nus generalissimum per se predicat de  
substantia simplici. ergo &c. maior: patz.  
quia compositum per se predicator de  
substantia simplici. minor: appetet. quia  
deus quoque & intelligentia est substan  
tia. Item illa substantia que habet  
modum forme est genus generalissi  
mū modo suba simplex magis habet  
modum forme q: composta &c. ergo

suba simplex est genus generalissimum.  
maior patet. quia predicamentū habet  
rōnez forme: subiectum habet rationē  
materic. & ideo quod habet magis ra  
tionem for: bz magis rōnez predicanē  
ti. ergo generalissimum est predicamentū  
minor: de se p:z. Ad istaz questionem  
aliqui dicunt sūm intentionem Boeth. q:  
suba que est genus generalissimum est  
suba composta: & hoc propter aliquas  
rationes tactas in arguendo. dicunt ta  
mē q: duplex est compositio. vna est ex  
materia & forma sic in homine & in ani  
mali: & breuer in istis inferioribus alia  
est compositio ex esse & entia & talis re  
peritur in subiis separatis. & ideo istas  
substatiā separatas ponunt in predica  
mento. Istud tamen nō valet. quia sūm  
philosophum 9° methaphy. esse vide  
tur esse de entia cuiuslibet entis causa  
te & hoc probatur ibi per philosophū:  
quia que eadez generatiōe generantur  
cum aliquo eadez corruptione corrum  
puntur cum ipso primo & cōcommitt  
tive ista pertinent ad eandem essentiam  
modo esse & essentia eadem generatiōe  
generantur & eadem corruptione cor  
rumpuntur. primo & non concomitt  
tive. ista pertinent ad eandem essentiam:  
quare &c. etiam commentator addit  
ibi vñica rōne: quia aut eē e de essentia  
causati entis aut est addituz sue essentie  
si sit de essentia entis causati habeo pro  
positum si sit additum sue essentie illud  
additum est ens. vel non ens. non est.  
dicendum q: sit nihil. ergo est ens de sua  
essentia aut addituz. si sit de sua essentia  
eadem ratione sūt standū in primo si  
sit additum tūc queram de illo. Ultrum  
illud additum sit ens vel non ens. non ē  
dicendum q: sit non ens. ergo est ens.  
aut ergo est ens per sui essentiam aut p  
super additum sue essentie si sit ens per  
sui essentiam eadem ratione sūt standū  
in primo si sit additum sue essentie: tunc  
queram de illo & sic ibitur in insinuatum

# Questiones

21.

vel op̄z dare q̄ eē sit essentia entis cati-  
fati. Aliquis tamen posset imp̄edire illā  
rationē & dicere q̄ non eadem ratio-  
ne esset standū in principio sicut in illo  
addito. sc̄z q̄ premis̄ ens fīm sui essen-  
tiā sicut albedo est alba. & aliquis eēt  
albus propter albedinē: albedo esset al-  
ba propter sui essentiā: & tamen ille q̄  
est albus per albedinem non esset alb⁹  
per sui essentiā ita diceret aliquis in p-  
posito q̄ esse non est de essentia causati-  
entis. **C**Istud tamē non valet quia oīa  
entia causata sunt sub eiusdem rationib⁹  
ad habere esse: & ita si de essentia vnius  
causati entis sit habere esse. Ita etiam &  
de essentia cuiuslibet alterius entis cau-  
sati. Alij tamen imp̄edient illam rationē  
& dicunt q̄ non erit processus in infinito  
in entibus: uno erit status in prima  
causa. que est ens per sui essentiāz & de  
sui essentia est esse: sed isti ridiculose in-  
stant: quia dicunt etiam substantiam in  
causis efficientib⁹ & non in effectib⁹:  
q̄ q̄rit quare si ē ens formaliter per sui  
essentiā aut per aliquid superadditūz  
aliq tamen instant & dicunt q̄ id additū  
per quod aliquid est ens non est ens fīz  
id quo aliquid habet esse. **C**Istud ta-  
men non est verum quia inter contra-  
dictoria non est dare modis modo ens  
& non ens contradicunt. istud ergo ad-  
ditum aut est ens aut non ens. ergo cuī  
non sit dare q̄ sit non ens vel nihil opoz-  
et. q̄ sit ens. **C**Et ideo dico aliter ad il-  
lam questionem q̄ substantia in commu-  
ni ad illam substantiam simplicem & co-  
positam est genus generalissimum & ra-  
tio huius est: quia illa substantia est ge-  
nus generalissimum cui competit mo-  
dus essendi a quo sumitur ratio substi-  
tie. que est genus generalissimum mo-  
do modus essendi a quo sumitur ra-  
tio substantie que est genus generalissimi  
competit substantie in communi ad substan-  
tiam simplicem vel compositam. ergo

illa substantia communis ad illas est ge-  
nus generalissimum. maior patet. & mi-  
nor probatur. quia ratio substantie que  
est genus generalissimum sumitur ab eo  
q̄ est per se subsistere. modo per se sub-  
sistere competit tam substantiis simpli-  
cibus & compositis sic intelligentie sūt  
per se subsistentes. sicut substantie com-  
posite: quare r̄c. **C**Est tamen hic vnu  
dubium. scilicet. Utrum omnis substi-  
ta simplex sit in genere substantie: & quan-  
docunq; aliquid est in predicamento si-  
cuit species oportet. q̄ habeat duo depē-  
dencia in se. sc̄z vnum imperfectum ex  
quo sumitur ratio generis. & aliud ma-  
gis perfectus. ex quo sumitur ratio dis-  
serente. modo in prima ratione non po-  
test reperiri aliquod apparen̄s imper-  
fectum nec in alijs substantiis separatis  
ex quo sumitur ratio genis r̄c. **C**Istud  
autem est pp̄ter id quod de prima cau-  
sa est dubitatum. Utrum sit in gene-  
re substantie per se: q̄ licet in prima cau-  
sa non sint talia duo apparentia sūmē  
ex quorum vno sumatur ratio differen-  
tie & alia ratio generis generalissimi fīz  
nostrum modum accipiendi nos possu-  
mus in prima causa illa duo apparentia  
inuenire. ex quorum vno sumatur ratio  
differente ex alio ratio generis quia pri-  
ma causa potest considerari vel vt est  
per se existens & sic sibi attribuitur ratio  
generis: vel vt est perfectissimum sub-  
sistens & sibi attribuitur ratio differen-  
tie vel aliter potest dici q̄ prima causa  
non sit in genere per se subsistendo: sed  
per reductionem. quia omne quod est  
per se in genere veles ibi: sicut genus  
vel sicut species vel sicut individuum.  
modo prima causa non est in genere siē  
genis: q̄ rō ḡni sūmūt ab aliquo potētia  
li & ab aliquo apparet imperfecto. modo  
nullum apparen̄s imperfectum repert⁹  
tur in prima causa: quia nihil imperfectum  
est in ipsa: nec per consequens est

# Porphirii

ibi sicut species: quia in specie oportet.  
q̄ sint duo apparentia vnuꝝ ex quo pre-  
supponatur ratio generis. reliquum ex  
quo sumatur ratio differentie. quorum  
vnū est perfectum & alterum imper-  
fectum. in oculo talia duo apparentia nō  
sunt reperta in prima causa: ut dictum  
est: nec est ibi sicut individuum: quia oē  
individuum est inclinatioꝝ alicuius spe-  
ciei. & id est potest dici q̄ sint in predica-  
mento substantie per reductionem sicut  
principium substantie & totius acciden-  
tis sed de alijs substantiis separatis a pri-  
ma causa potest dici q̄ sicut in predica-  
mento substantie: quia in istis potest re-  
periri apparens a quo sumitur ratio  
generis & aliud apparens a quo sumi-  
tur ratio differentie: quia possunt consi-  
derari vel ut sunt recedentes & perse-  
cte p̄me cause. & sic sunt imperfecte ab  
illo apparenti sumitur ratio generis &  
potest considerari ut sunt perfecte in ta-  
li gradu. vel in tali specie entis & ex his su-  
muntur ratio differentie. Et si dicas ex quo  
intelligentie sunt simplices sicut prima  
causa. quomodo ergo possunt recede-  
re a simplicitate prime cause. potest di-  
ci fin intentione philosophi p̄o phycor-  
um q̄ intelligentie non recedunt a pri-  
ma causa in compositione sed recedunt  
ab ea imperfecte sunt eque simplices si-  
cuit prima causa sicut quatuor elementa  
equae simplicia sunt adiuvicem & tamen  
vnū est perfectius altero: sicut ignis  
q̄ aer: & aer q̄ aqua: & aqua q̄ terra &  
ita etiam intelligentie sunt eque simpli-  
ces sicut prima causa non tamen in pri-  
ma perfectione: sūmo in infinitum rece-  
dant a perfectione prime cause.

## Tunc ad rationes

Ad primum cum dicatur illa substantia  
est genus generalissimum cui compe-  
tit &c. concedatur si sit proprie propria.

& cum dicitur esse susceptibile contra-  
riorum est proprietas substantie. dico  
q̄ non est proprietas prima substantie  
q̄ insit omni & soli. verum est q̄ est pro-  
prietas que in est soli substantie. non tan-  
tem omni ut appareat per Porphyr-  
ium si id quod in est omni & soli & semper  
in est omni substantie. modo id non est  
proprium quod in est soli & non omni.  
ut appareat per Porphyrium: sed id  
quod in est omni & soli & semper. Ad  
aliam cuim dicatur illa substantia est com-  
posita que per se predicitur de compo-  
sta. dico q̄ non oportet. q̄ precise incom-  
muni ad simplicem & compositam: si-  
cuit & id quod predicitur de homine.  
non oportet. q̄ precise significet homi-  
nem sed aliquid commune ad hominem  
sicut etiam quod predicitur de substanc-  
tia simplici & composita non oportet. q̄  
sit substantia simplex & composita: sed  
q̄ sit communis: ad illas rationes in op-  
positum prima tam soluta est per idez.  
Ad aliam cuim dicatur illa substantia  
est genus generalissimum que habet mo-  
dum forme dico q̄ non est verus. & cuim  
probatur q̄ predicamentum habet ra-  
tionem formae non q̄ sit forma: sed quia ex  
parte predicamenti se tenet composi-  
tio. que est formale in compositione mo-  
do substantie simplices illo modo non  
habent magis rationem forme q̄ sub-  
stantie composite.

## Onsequenter

queritor. Utrum prima sub-  
stantia sit magis substantia q̄  
secunda. Et arguitur q̄ non quia sub-  
stantie non recipiunt magis & minus. er-  
go una substantia non erit magis sub-  
stantia q̄ alia. Item probabo q̄ substanc-  
tia secunda sit magis substantia q̄ prima  
quia illud quod non includit aliquod ac-  
cidens est magis substantia q̄ illud q̄d

# Questiones

21.

includit aliquid accidentis: sed substantia secunda nullum accidentis includit. prima autem substantia includit accidentis: quia principia individuationis. ergo et cetera. maior de se patet. et minor etiam: quia prima substantia. includit principia individuationis quae sunt accidentia: substantia secunda: ut hoc. et ait. nullum accidentis includit. ergo et cetera. Item propter quod unumquodque tale et illud magis tale. modo prima substantia est propter secundam. quare et cetera. minor declaratur: quia de prima substantia per secundam probatur. dicendo omnis homo est substantia. aliquis homo est homo. ergo aliquis homo est substantia. ibi enim concluditur substantia de prima substantia per secundam. ergo secunda est causa: quare prima substantia est substantia.

**In oppositum** est philosophus qui dicit quia prima substantia est magis substantia quam secunda. Et arguitur ratione: quia id quod primo et principale est. est magis modo prima substantia proprie et principale etiam maxime est: ut dicit philosophus. quare et cetera. Dividetur est quia prima substantia et secunda possunt considerari duplè uno modo quantum ad essentiam virtutumque. alio modo quantum ad actum substantandi ex quo sumitur ratio substantiae. modo si consideretur primo modo sic prima substantia non est magis substantia quam secunda: quia illa que sic se habent sunt unum essentialiter una non est magis substantia quam alia substantia ad essentiam suam. modo prima substantia et secunda sunt huiusmodi. quia se habent sicut superius et inferius. modo superius et inferius eandem essentiam important. sub alia et alia ratione. ergo prima substantia non est magis substantia quam secunda substantia ad essentiam suam. si autem considerentur prima substantia et secunda substantia quantum ad actum substantandi sic prima substantia est magis substantia quam secunda. quia illud quod pluribus substantiat est magis substantia quam ad actum substantandi quam id quod substantiat pascitibus. modo prima substantia pluribus substantiat quam secunda:

quia quibususcumque substantia genus est species et indicium et adhuc pluribus. ergo quantum ad actum substantandi prima substantia est magis substantia quam secunda. Item prima substantia primo substantiat accidentibus saltem communibus. unde homo currit: quia alius quis homo currit: et sic de aliis. illud ergo quod primo substantiat accidentibus est magis substantia quam ad actum substantandi prima substantia primo substantiat accidentibus quare et cetera. Aliqui autem ponunt unum membrum quod est substantia ad includere accidentia substantia secunda est magis substantia quam prima. quia secunda substantia nullum accidentis includit: sed prima substantia includit principia individuationis: sed hoc est tenetio aliaz viam quia dividitur substantia in suo significato includit accidentem: sed quia haec reprobat est prius dictas ab isto rationes non tenendo.

## Tunc ad ratiōnes.

Ad primam cum dicitur substantia non recipiet magis et minus et cetera. concedatur. et cum dicitur. ergo una non est magis substantia quam alia. verum est. quantum ad essentias suam quia etiam sic prima substantia non recipiet magis et minus. tamen substantia ad actum substantandi una substantia est magis substantia quam alia. Ad aliam cum dicitur illud quod nullum accidentis includit est magis substantia quam illud et cetera. concedatur. et cum dicitur substantia secunda nullum accidentis includit concedatur. et cum dicitur prima substantia includit accidentem. potest negari. immo prima substantia non magis includit accidentem quam secunda substantia in suo significato sicut enim significat aggregatum ex materia et forma sicut homo: et hoc sub ratione individuali. ita quod solum differt ab homine in ratione significandi. Ad aliam cum dicitur propter quodque uniusquodque tale et illud magis. verum est in causis uniusquis et per se et essentialiter ordinatis. Et cum dicitur prima substantia est substantia propter secundam in falsis est. immo magis econtra-

# Porphirii

Id. ha substantia est substantia propter  
prima. quia destructis primis suis im-  
possibile est aliquid eorum remanere ut  
dicit phylosphus. Et cum dicatur om-  
nis homo est substantia. dico qd ibi non  
est demonstratio per causam. licet pcul-  
sio sit bene silogizata tamen homo non  
est causa. quare sit substantia sot. immo  
sot. per essentiam suam est substantia.

## Onsequester

queritur. Utrum substantia ha-  
beat contrarium. Et arguitur  
qd sic. quia ignis et aqua sunt substantiae  
ut appareat primo de generatione et in  
multis alijs locis. quare et. Et si di-  
catur qd ignis et aqua contrariarunt soli  
quantum ad sua accidentia vel disposi-  
tiones et non quantum ad suas essenti-  
as: contra. quia contrarietas effectum  
arguit contrarietatem in causa. modo iste  
dispositiones sunt dispositiones ignis et  
aque. et iste dispositiones sunt contrarie  
ergo ignis et aqua sunt contraria. Itē  
in quolibet genere est una contrarietas  
prima secundum phylosphum secundo me-  
taphysice sed substantia est unus gen.  
ergo inest una prima contrarietas. Itē  
quod corruptitur. corruptitur a suo co-  
trario. ut appareat primo de genera-  
tione modo substantia ut appareat ad sen-  
sum corruptitur.

In oppositum est phyl-  
osophus in predicamentis. Dicendum est qd  
contrarietas potest capi duplicitate. vel p-  
prie vel large. Contraria proprie dicta  
sunt illa que sub eodem genere mar-  
ime a se distant et in eodem susceptibili  
vicissim insunt nisi alterum illud unum sit a  
natura. sicut album et nigrum. calidum  
et frigidum. et sic de alijs. Contraria lar-  
ge sumpta sunt illa que se habent sicut  
perfectum ad imperfectum et primatum ad  
habitum. Tunc dico duo ad questio-

nem. primo qd substantia non habet con-  
trarium sumiendo cōtraria. primo mo-  
do dico. qd habet contrariū modo.  
Et primum declaratur. quia contra-  
ria proprie dicta sunt illa que posita sub  
eodez genere. maxime a se distant. mo-  
do in substantia non potest talis maxima di-  
stantia reperiri. quia due substantiae non  
possunt maxime distare secundum formam: ga-  
vbi est maxima distantia oportet qd sit  
maior et minor distantia. modo in sub-  
stantia non est maior et minor distantia.  
quia ibi non est magis et minus. etiam  
duo contraria proprie dicta vicissim in-  
sunt eidem subiecto. modo due forme  
substantiales non possunt vicissim inesse  
eidem subiecto. quia due forme substi-  
tales essentialiter differunt. mo qd una  
essentia insit diversae essentie. hoc nullo  
modo potest esse. verum est tamen qd  
due forme substantiales possint inesse  
uni prime materie que est ens in poten-  
tia. sed uni subiecto in actu no. Et  
ubiqz est huius proprie dicta ibi est  
motus. quia motus est de 'contrario' in  
contrarium. sed in substantia non est mo-  
tus ut appareat per phylosphum sed  
physicorum qui vult qd ad substantiam  
non sit motus sed mutatio incommensurabilis  
que est generatio et corruptio. Secundum  
declaratur. quia ubiqz est reperire  
magis perfectum et minus perfectum  
est contrarietas large sumpta modo in  
substantiis est reperire magis perfectum  
et minus perfectum. quare et. Ad maior  
apparet. qd contrarietas large sumpta  
se extendit ad esse perfectum et imper-  
fectum. ad privationem et habitum. Ad  
minor patet. quia una species substantie est  
perfectior alia. quod appareat secundum phyl-  
osphum octavo metaphysice forme  
substantiales sunt sicut numeri. itaqz su-  
cet duo numeri non possunt equaliter  
ab unitate distare secundum perfectionem a  
prima causa. immo una est semper ma-

# Oñes

gis perfecta & alia minus perfecta.

## Tunc ad rationes

Ad primam cu*m* dicit ignis & aqua *et cetera*. Dico q*uod* ignis & aqua contrariantur q*uod* tum ad suas dispositiones que sunt caliditas & frigiditas: & cu*m* dicitur contrarietas in effectu arguit contrarietatem in causa: potest negari quia non oportet q*uod* tanta diversitas sit in causa sicut in effectu. immo maior diversitas est in effectibus q*uod* in causis. unde ad hoc q*uod* effectus sunt contra*m* sufficit q*uod* reducuntur in causis dispersatas. modo sic est in proposito. quia ignis & aqua sunt cause disperatae. vel potest dici q*uod* contrarietas in effectu arguit contrarietatem in causa vel formaliter vel virtualiter. ¶ Et cu*m* dicitur calidum & frigidum sunt effectus ignis. & aquae. verum est & ideo ignis & aqua virtualiter habent contrarietatem & habent virtutem in agenerandi contraria. ¶ Ad aliam cum dicitur q*uod* in quo libet genere *et cetera*. Dico q*uod* physiophilus accipit ibi contrarietatem large que est inter differentias diuidentes aliquod genus. modo illa contrarietas se extendit ad contrarietatem large dictam. ¶ Ad aliam cum dicitur omne quod corruptitur a contrario *et cetera*. dicendum est q*uod* aliquid potest corrupti multipliciter vel per se & a suo contrario. vel ad corruptionem subiecti in quo est sicut accidentis. nihil corruptitur ad corruptionem subiecti in quo est p*ro*p*ri*a hominis. & ad corruptionem suarum dispositionium. quia forma. quilibet non est in materia qualibet sed in materia sibi disposita. & ita si tales dispositiones corrumpantur & forma corrumpitur in materia. quando ergo dicitur omne quod corruptitur *et cetera*. verum est in se & a suo contrario vel in suis dispositionibus vel ad corruptionem sue cause: & non operaretur. q*uod* habeat contrarium in se modo sua cor-

# Li.

rumpitur a suo contrario quod sibi contrariatur non secundum esse sed in suis dispositionibus.

## Onseque[n]ter

q*uod* . Utz substantia suscipiat magis & minus. & arguit q*uod* sic. q*uod* magis & minus in effectu arguit magis & minus i*n* causa. modo effectus substantie suscipiant magis sicut caliduz & frigidum sicut & humidum. que sunt quidam effectus substantie. ergo substantia suscipiet magis & minus. Minor patet. quia quicquid est in effectu est in sua causa. Minor patet. quia dicitur magis calidum & minus calidum & sic de aliis. ¶ Item quod aquiritur per motum divisibile & successuum. suscepit magis & minus. modo substantia requiritur isto modo. quare *et cetera*. Major patet. quia in motu tali. primo aliud requiritur sub esse magis imperfectio. & postea sub esse perfecto sicut quando aliquid mutatur ad albedinem primo aquirit essentiam sub esse imperfectio & postea sub esse perfectio magis eti*m* completo. & ideo omne quod sic per motum aquiritur recipit magis & minus. Minor declaratur. quia ponamus q*uod* ex aere generatur aqua. quero a te Utrum aqua generetur ex aere in tempore vel in instanti. si in tempore habeb*o* propositum. quia illa mutatio que aquiritur per formam substantiam est divisibilis. cum in successione temporis. Si dicas in instanti aut ergo in eodem instanti corruptitur aer & generatur aqua. aut magis corruptitur & generatur aqua. si in instanti corruptitur aer & generatur aqua. tunc simul in eodem instanti due forme substantiales erunt in materia quod est impossibile. ergo in aliquo instanti corruptitur aer & generatur aqua in alio instanti

# Porphiril

modo inter quibus duo distantia cadit medium. ergo inter ista dua instantia erit successio et illa mutatio in qua aquiritur forma substantialis erit successiva. Si autem tu dicas quod ibi non sit successio temporis: tunc materia prima erit sine forma in illo intermedio: sed hoc est impossibile. quare et.

**In oppositum** est per physiologum qui dicit quod substantia non suscipit magis et minus. Dicendum est quod substantia non suscipit magis et minus. quod illud quod habet esse ex individuali non suscipit magis nec minus. modo essentia substantiae consistit in individuali. quare et. Major patet. quia illud quod suscipit magis et minus est in speciem natum est esse sub gradu magis perfecto et minus perfecto sicut eadem albedo et speciem nata est esse sine salutari in minus albo et magis albo. et ideo id cuius essentia consistit in individuali non suscipit magis et minus. Minor probatur septimo metaphysice. quia forme substantiales sunt sicut numeri. modo quadrupliciter addita non semper erit illa species numeri. ergo ita erit in formis substantialibus. quia quadrupliciter gradu addito vel remoto. si alia species illae forme substantiales habent esse in individuali. Tamen notandum est quod licet substantia non suscipiat magis et minus tamen una forma substantialis potest esse perfectior alijs. nec istud vocatur suscipere magis et minus sicut homo est perfectior alijs animalibus. sed suscipere magis et minus est quando una substantia est eadem in speciem et potest esse sub gradu magis perfecto et minus perfecto.

## Tunc ad rationes

Ad primam cum dicatur magis et minus arguit et. Verum est virtualiter

vel formaliter. Et cum dicatur effectus substantie suscipit magis et minus. verum est et ideo substantia effectiva recipit magis et minus. quia habet causam re ipsas qualitates que sunt calidum et frigidum et etiam sub gradu magis perfecto et minus perfecto. vel potest dici concedendo maiorem. Et cum dicatur effectus illae et. Dico quod illa calidum et frigidum non sunt effectus proprii substantie. et cum dicatur est effectus ignis calidum. dico quod calidum in summo est effectus proprius et ideo nec suscipit magis nec minus. sed calidum absolute non est effectus ignis quod potest in alijs reperi. Ad argumentum cum dicatur illud quod aquiritur per motum successum et. Dico quod duplex est successio. una est inter partes temporis. alia est inter tempus et terminum temporis. modo illud quod aquiritur motu successu susceptione temporis. suscipit magis et minus. si in quod aquiritur per successionem que est inter tempus et terminum temporis non potest quod tale suscipiat magis et minus modo generatio et corruptio sunt successionia successionem que est inter partes temporis. quia sunt physiologum secundum metaphysice aqua ex qua generalis aer et conuerso in toto tempore preteriti stabat sub forma aque in ultimo illius temporis est primo sub forma aeris. quia non est dare medium inter tempus et terminum temporis. ideo non est dare medium inter istas formas si in materiali ut si dicas desinere ultimum instans in quo ultimo est aqua dico quod queritur impossibile. quia si esset dare ultimum instans in quo est aqua corrumperetur in aere. tunc sequitur quod in eodem statu due forme substantiales erunt in eodem sine immobile vel quod immobile est in forma vnde in toto tempore peritus sunt aqua et in ultimo illius temporis est primo aer. vnde quod aliquid

# Questiones

Li.

mutatur ab esse in non esse non est dare ultimum istans in quo habet esse. sed est dare primum istans in quo non habet esse. eodem modo quando aliquid mutatur ad non esse inesse non est dare ultimum istans in quo habet non esse. Et est dare primum istas i quo bz ee.

## Onseque[n]ter

queritur. circa capitulum de quantitate. et primo quera[re]. Utrum quantitas sit genus. Et arguit q[uod] non sit genus. quia genus non predicitur de suis speciebus denominative. Quantitas predicitur de suis specieb[us] denominative. quare t[em]p[or]e. Ad alio patet secundo topicorum. et minor patet. quia discendo linea est quantitas numerus est quantitas. C[on]tra item arguitur. q[uod] non sit vnum. quia in quolibet vno genere est dare vnum minimum quod est mensura omnium illorum. que sunt in illo genere sicut apparet decimo metaphysice modo in genere quantitatis non est dare minimum. ita sunt ibi duo minima scilicet punctus et unitas. ergo quantitas non est vnum.

**In oppositum** est physiologib[us]. Quia nisi quantitas esset vnum genus. tunc essent plura predicamenta q[uod] deceat quod est contra physiologib[us]. Ad illa questionem dico tria. primo q[uod] quantitas est genus. secundo q[uod] est genus generalissimum. tertio q[uod] est genus. C[on]tra primum declaratur sic. quia quod predicitur de pluribus differentibus speciebus vnam rationem et in qd et qd descendit in species suas per differentias formales. et cuius ratio est extra rationem differentiarum dividientium ipsum est genus. modo quantitas predicitur de pluribus differentibus speciebus. et h[oc]d sicut de quantitate continua et discreta; et predicitur de istis summa vnam rationem q[uod] est ratio dividibilis vel quia aliquid est di-

nissibile in partes eiusdem ratiōis. et illa ratio est extra rationem dividientium quantitatem sicut extra rationem continuam et discretam. ergo quantitas est genus. Secundum declaratur scilicet q[uod] quantitas sit genus generalissimum. quia illud est genus generalissimum. supra quod non est aliquod supraueniens genus ut dicit porphyrius modo supra quantitatem non est aliud superveniens genus. quare tecum probatio minoris. quia si quantitas haberet genus supra se. illud genus vel esset ens vel substantia vel accidens modo ens non est genus ad quantitatem. quia ens non predicit equaliter de omnibus entibus. genus autem predicitur equaliter de omnibus suis speciebus. et propter aliud ens non est genus. quia omne genus est extra rationem differentiarum dividientium ipsorum modo ratio entis non potest esse extra rationem quantitatis vel alterius generis. quare ens non est genus ad quantitatem etiam nec substantia. quia predicamentum sive de quantitate non est predicatio essentialis per se ut dicendo. bicubitum est hominem sed predicationis generis sive specie est essentialis nec etiam accidens est genus quantitatis. quia ratio generis est extra rationem differentiarum dividientium ipsum modo accidens non est extra rationem essentialiem accidentis. et per consequens nec extra rationem accidentis. ergo nullum genus est supra quantitatem. Tertium declaratur. quia quod habet unam rationem communem intelligendi. summae suas species sumptas ex uno modo essendi cum omnibus speciebus suis est vnum genus. modo quantitas est priusmodi. ergo tecum. Ad alio patet. quia unitas generis sumitur ex unitate rationis intelligendi. Ad inos declaratur. quia modus essendi ipsius quantitatis a quo prius sumitur eius ratio intelligendi est quod dat esse subiecto divisible in partes eiusdem rationis. unde

# Porphiril

quantitas est illud quo aliquid est diuisibile. modo illa proprietas reperitur in omnibus quantitatibus tam continuis quam discretis. comune enim dant esse divisible substantie.

## Tunc ad rationes

Ad primam cum dicis nullum genus predicatis denominative et ceterum. concedo finem genus: et cum dicas quantitas predicatis denominative de sua specie falsum est ut est genus. immo substantia ratione accepti predicatis denominative: propter quod notandum est quod quantitas potest duplum considerari vno modo finem se et alio modo finem suas species vel potest considerari ut est illud quo aliquid dividitur in partes eiusdem rationis. vel ut ipsam est divisibilis: dicendo quod quantitas est divisibilis. modo si quantitas et eius species considerantur ut sunt illud quo aliquid est divisibile accipiendo quantum et suas species uniformiter. sic predicator de suis speciebus in abstracto et quid ut dicendo numerus est quantum et eodem modo si quantitas et eius species considerentur ut sunt divisibile. sic etiam predicator de suis speciebus in abstracto si autem comparemus species qualitatibus ut sunt divisibiles ad quantum etiam est id quo aliquid est divisibile sic quantitas predicat denominative de suis speciebus: sicut etiam de quocumque alio divisibili. sicut de sor. et ligno. quia quantitas habet predicator denominative de omni divisibili accipiendo quantitatem ut est illud quo aliquid est divisibile. et quia species quantitatis sunt divisibles ideo de istis predicamentis quantitas denominativa: nec isto modo habet rationem generis accipiendo ipsam distinctionem ut in predicamento et in subiecto. Sed accipiendo eam uniformiter respectu starum specierum sic habet rationem generis: et sic dicimus quod linea est

quantitas. ibi enim accipitur linea ut est divisibilis et quantitas ut est illud quo aliquid est divisibile sicut dicere in sor. est quantus. Sed dicendo linea est quantitas ibi virtus sumitur uniformiter ut virtus est divisibile vel virtus est illud quo aliquid est divisibile et sic predicatur ut genus: vel aliter potest dici quia tenendo quod quantitas non est divisibilis sed est illud quo aliud est divisibile soluz: quando dicitur nullum genus et ceterum. concedo et cum dicatur quod quantitas predicat denominative et ceterum. falsum est. et cum dicatur linea est quanta. dico quod linea et aliae species quantitatis possunt considerari in abstracto ut sunt illud quo aliquid est divisibile vel in concreto sive ut concernunt subiectum. modo considerando eas in abstracto sic dicimus quod linea est quantitas et quanta. Si autem accipitur in concreto sicut ratione ibi quod discernit sic dicimus quod linea est quanta et linea est longa. Ad aliam cum dicis in quolibet genere et ceterum. verum est unum principium minimum. et cum dicitur in quantitate non est unum principium minimum. dico quod est ibi unum principium minimum et quando dicitur ibi sunt duo minimi scilicet punctus et unitas. dico quod punctus habet reduci ad unitatem. quia sicut dicitur primo posteriori. punctus est unitas posita: id est aliquid indivisiabile consequens positionem unde patet dicit supra unitatem positionem in continuo: et ideo unitas est ibi principium minimum.

## Onsequenter

queritur. Utrum quantitas sit forma simplex. Et arguitur quod non. quia quod est divisibile in plures partes non est forma simplex sed quantitas est divisibilis in plures partes ergo et ceterum. Absit patet. quia unum quod componitur ex his in que dividitur. et

## Q̄nes

21.

Ideo illud quod est divisibile in plures partes componitur ex illis pluribus partibus. et per consequens non est forma simplex. Minor patet per physiologum hoc metaphysice. qui dicit quod quantum est quod est divisibile in partes quae insunt et in predicamentis dicit quod quantitas continua habet partes copulatas ad terminum communem et quantitas discreta non habet partes copulatas ad terminum communem. ergo vult quod quantitas habeat partes quantitatinae. et quod ille sint in ipsa in potentia. quia partes in toto sunt in potentia. sed intentio nem physiologi. hoc metaphysice qui dicit quod bis tria non sunt sex. quia differtur bis et tria que sunt partes quantitatinae ipsius sex. non sunt in senario in actu. et suppono quod nihil esset ens in actu per id quod est in ipso in potentia. Tunc probo quod quantitas sit composita ex partibus essentialibus. quia omne illud quod est ens in actu habet aliquid per quod est ens. preter partes que sunt in ipso in potentia. modo quantitas est ens in actu. et partes quantitatinae sunt in ipsa. ergo erit dare in ipsa quantitate aliquid per quod est ens actu et partes eius quantitatinae. ergo erit composita ex partibus quantitatinae que sunt in ipsa in potentia et ex illo also per quod est ens actu et sic esset composita non solum ex partibus quantitatinae. sed etiam ex partibus essentialibus. minor patet ex prima suppositione. quia nihil est ens in actu per illud quod est in potentia in ipso. Minor patet. ex prima. et haec suppositione.

**Oppositum** arguitur hoc auctoritatez ex principiorum forma est compositio ni contingens simplici et intarabili esse via consistens. modo quantitas est una forma quedam ergo est simplex. quia dissimilitudo forme debet competere cuius habet formam. De ista questione due sunt

yle una est via communis quod quantitas est forma simplex simplicitate que opponitur compositioni ex materia et forma / ne ex partibus diversarum essentiarum sed non est simplex simplicitate opposita compositioni ex partibus quantitatinae. unde dicunt quod duplex est compositionis. nam quedam est que est ex partibus essentialibus que sunt materia et alia est compositionis que est ex partibus quantitatinae que sunt partes eiusdem rationis. Et sicut duplex est compositionis duplex est simplex sibi oppositus. vel simplex. quia non habet partes essentialibus. vel quia non habet partes quantitatinae. Tunc dicunt duo ad questio nem. quia sicut dictum est primo quod quantitas non est composita ex partibus quantitatinae essentialibus. que sunt materia et forma. hoc quod est composita ex partibus quantitatinae. Tunc dicunt declaratur sic. quia quod est compositionis ex partibus essentialibus eismodi sunt materia et forma est substantia corporal. modo quantitas non est substantia corporal. quare et ceterum. Major patet. quia unum accidentis non habet materialiam ex qua fiat. sed solum habet materialiam. materia habet esse ut dicit commentator septimo metaphysice. Secundus declaratur quia quantitas diffinatur per esse divisibile sicut appareat septimo metaphysice ubi dicit quod quantum est quod est divisibile in partes que insunt partibus eiusdem rationis que sunt partes quantitatinae. ergo quantitas est composita ex talibus partibus. quia unusquisque compositum ex his in que dividitur et in predicamentis dicit physiologus quod continua quantitas est que habet partes copulatas ad terminum communem. et quantitas discreta est cuius partes non copulantur ad terminum communem. ergo vult physiologus quod quantitas habeat partes ex quibus compo-

# Porphyril

natur. **T**unc intelligendo istam viam posset solni ad rationes ad primam illa bene probat q̄ quantitas non est forma simplex simplicitate qua opponitur compositione que est ex partibus quantitativis, & hoc concessum est. **A**d aliam cum dicitur per illud quod est in aliquo in potentia tē, potest dici q̄ aliquid est in aliquo in potentia duplicitate vel in potentia que habet reduci ad actum per motum & transmutationem, vel in potentia que habet reduci ad actum per solam considerationem intellectus, modo per illud quod est in potentia in aliquo que potentia habet reduci ad actum per motum & transmutationem, verum est q̄ aliquid non est ens actu sed per illud quod est in potentia in aliquo que habet reduci ad actum per considerationem intellectus aliquid bene potest esse ens actu, modo p̄tes quantitatib⁹ que sunt in potentia in quantitate possum fieri in actu per solam considerationem intellectus. quare tē. **I**stud tamen quia cum pars sit in potentia ibi nunq̄ totum vel illa habebit esse actuale, quia illud quod est in potentia nunq̄ dat esse actuale, ergo cum ps sit in potentia in toto nunq̄ dabit sibi esse actuale. **I**tem aliter solet dici q̄ tota quantitas per seipsum totam est ens in actu. **T**unc ergo ad rationem quando dicitur q̄ illud est in potentia, in aliquo non est ens actu. **E**t cum dicatur partes quantitatib⁹ tē, verum est & ideo per illas partes quantitatib⁹ ponunt aliquid per quod quantitas est ens actu. **I**stud tamen non valet q̄ sicut apparet quarto physiorum aliqd non potest esse in seipso primo quia si aliquid esset in seipso primo tunc quelibet pars esset in qualibet parte & totum esset in qualibet parte & totum esset in seipso. Sicut si amphora vini in se tota esset amphora esset in vino & vīnum esset in amphora, & amphora vi-

ni esset in amphora vīni, ergo eodem modo si aliquid esset in actu per seipsum tunc qualibet partem haberet per seipsum, sed hoc est inconveniens, ergo non potest dici q̄ quantitas sit ens actu per seipsum totam. Alter potest dici ad illam rationem substituendo aliam viam q̄ unus est q̄ in eis que sunt diversarum rationum aliud nō est actu per seipsum primo sed in eis que sunt composita ex partibus que non sunt diversarum rationum sed eiusdem rationis cuiusmodi est quantitas illud autem nō est inconveniens. **I**llud tamen ad h̄ non valet, quia pars nec est in toto per illud quod est in aliquo in potentia, nec est ens actu, ergo aliquid non habet esse per partem in actu, & si non habet esse in actu per partem nec etiam per seipsum primo quia si esset in actu per seipsum primo tunc esset in actu per seipsum libet partem. **E**t ideo credo alter eē dicendum ad questionem q̄ quantitas est forma simplex, nec est divisibilis in partes nec quantitatibus nec essentialibus. **I**stud potest declarari a posteriori & non a priori, quia illud est de ratione quantitatis & sibi metu, quia quandoq̄ aliqua forma dat aliquid esse subiecto, illud eē sibi non competit nisi illum modum, nisi quem competit subiectum illud videmus in omnibus formis: modo quantitas dat esse subiecto divisibile in partes quantitatibus, ergo quantitas non est divisibilis per se in partes quantitatibus. **A**do patet sic quia albedo dat albus esse subiecto, & albedo tale esse non habet, quia albedo non est alba, sed est aliquid quo aliquid est album eodem modo forma substantialis dat esse subiecto, nec habet illud esse quod, dat subiecte, quia dat eē actu, sī forma substantialis nō h̄ eē actu sed est illud quo aliquid habet esse actu & sic apparet inducendo in omnib⁹ formis q̄ non habet illud esse qd̄ dant subiecto sed sunt illud quo h̄ sī h̄ tale esse, ergo

edem modo erit in quantitate cum sit quedam forma; et ideo cum quantum sit esse divisibile in partes quantitatis non erit divisibile in partes quantitatis; et ideo erit illud quo aliquid habet esse divisibile in tales partes. Item hoc potest probari per rationem adductas; quia si quantitas esset composta ex partibus quantitatibus, tunc necesse esset ponere quantitatem compositam ex partibus diversarum essentiarum; modo illud est inconveniens. quare etiam probatio consequitur. primo probando quod quantitas sit ens actu. secundo supponendo quod partes quantitatis in suo toto sint ibi ut in potentia. tertio suppono quod aliud est ens: quod non est ens actu per illud quod est in potentia in ipso: sed quod est in potentia. Tunc ergo primo. quod quantitas esset composta ex partibus essentialibus. si haberet partes quantitatis: quia quantitas est ens actu extra animam: vel est actus modo illud: quod est in actu preter illud quod est in potentia in ipso oportet quod habeat aliquid aliud per quod est in actu: et quia per illud quod est in potentia in alio non potest esse in actu. ergo oportet ponere quantitatem preter partes quantitatis eius aliud per quod est ens actu: et alia est composta ex partibus quantitatibus et ex quodam alio alterius nomine. quod dat esse actu quantitati. modo illud est impossibile quod aliquid accidentis sit compositum ex partibus diversarum essentiarum: quia accidentia sunt forme simplices. ergo relinquatur quod quantitas non sit composta ex partibus quantitatibus: sed multa sum dubia circa hoc. Primo auctoritas Aristoteles. secundo methaphysice videtur contra illud. Qui dicit quod quantum est quod est divisibile in partes que insunt et in predicamentis dicit quod quantitas continua est que habet partes copulatas ad unum terminum communem. et discreta non habet partes copulatas etiam. et ita vult quod quantitas habeat

partes ex quibus: et etiam nos dicimus. quod numerus est ex unitatibus aggregatus: sicut duo ex duabus unitatibus. modo numerus est quantitas. quare etiam et tunc sequitur quod unitas non esset principium numeri. Ad alia omnia dicendum est ad priam. quantum est etiam vero est quod quantum est divisibile: et non tamen tantum unitas. unde bene verum est quod substantia quantitatis est divisibile. et propter hoc dicit physiopolis. quantum est non quantitas: in abstracto non est divisibilis. Ad aliam eam dicitur quantitas continua est etiam. dicendum est quod physiopolis loquitur de quantitate non abstracte: sed ut concernit subiectum in concreto unde quantitas in concreto habet partes: sed in abstracto non: sed est illud per quod aliquid habet partes copulatas ad terminum communem. si sit quantitas continua: sed non habet partes copulatas etiam. si sit quantitas discreta. Ad aliam numerus est ex unitatibus etiam. propter dissolutionem istius rationis intelligendum est quod unitas accidentis habet esse in alio mediate aliquo accidente. sicut pars in parte. sunt in subiecto mediate numero: et ideo in diffinitione pars et in parte ponitur subiectum immediatum quod est numerus. modo numerus est tale accidentis: quod est in subiecto actu diviso et habente plures partes: quarum quelibet est una: et id exigit quod in subiecto in quo est. quod quelibet pars subiecti sit inclusa et una: et ideo dicimus quod numerus est ex unitatibus aggregatus: ut sicut ex materia: sed ex hoc quod in tali subiecto sunt plures partes diuisae ad numerum: et quilibet in se sit una et in diversa. Et ex hoc significatur multitudine quedam: que est numerus. ita unitas est illud quo media te numerus est in subiecto: et sic unitas est principium numeri sicut linea est principium circuli recti: vel sicut numerus est principium partis: et in parte. ita etiam unitas est principium numeri. quia media

# Porphirit

te unitate numerus est in subiecto.

## Zunc ad rationes.

tenendo illam viam: ipse solute sunt: cu  
dicitur quod est divisibile in plures par  
tes &c. verum est. et cum dicitur quanti  
tas est huiusmodi. salutem est. et cuz di  
citur q̄ pbylosophus dicit q̄ c̄tus est  
divisibile verum est inconcreto. s. rōne  
subiecti. et per illud ad auctoritez eius  
dem in predicamentis eadē dici potest.  
sed alia ratio non est contra posita: q̄ nō  
pono q̄ c̄titas habeat ptes c̄titatinas.  
q̄ sunt in ipsa in potentia.

paret inducendo in omnibus speciebus  
numeris: sicut dualitas est illud quo ali  
quid habet duas partes: trineritas est  
illud quo aliquid habet tres partes: et sic  
inducendo in alijs tenendo illam viā q̄  
quantitas est illud quo aliquid est divisi  
ble si teneatur alia via: q̄ quantitas est  
divisibilis tunc dicetur q̄ numerus ha  
bet partes. et ideo est quantitas. Sed de  
claratur q̄ illud est discreta quantitas. qđ  
est illud quo aliquid habet partes. non  
copulatas ad terminū communem. er  
go numerus est quantitas discreta.

## Zunc ad rationes.

Ad primam cum dicitur quod est com  
positum ex non quantis non est quan  
titas potest dici q̄ verum est q̄ non est  
quantitas continua. tamen bene potest  
esse quantitas discreta: vel potest dici q̄  
illud quod est compositum ex non quā  
titis: que nō sunt quanta: nec actu nec po  
tentia nec per reductionem. verum est  
q̄ tale non est quantitas. tamē illud qđ  
compositum est ex non quantis forma  
liter. que tamen sunt quanta in potentia  
per reductionem bene potest esse quā  
titas: et magis hoc est verum in quanti  
tate discreta sicut substantia componit  
ex materia et forma que non est substā  
tie per se sed per reductionem. et cum  
dicitur numerus componitur ex vni  
tibus &c. potest negari q̄ numerus co  
ponatur ex vnitatibus: ut dictum est in  
alia questione: vel potest concedi q̄ nu  
merus componat ex vnitatibus et uni  
tates sunt quantitas in potentia manife  
stum est q̄ in sui aggregatiōe causest nu  
merus. ad aliam nulluz ens est compo  
situm &c. et cum dicitur numerus com  
ponitur ex priuatibus salutem est: et cum  
dicitur q̄ componitur ex vnitatibus po  
test negari tenendo viam fīm q̄ si quan  
titas sit forma simplex. Vel potest con  
cedi fīm aliam viam q̄ componatur ex  
vnitatibus. et cum dicitur vnitas est qđ

**Onseque**nter  
queritur circa species quanti  
tatis. et primo circa numerū.  
Utrum numerus sit c̄titas. et arguitur  
q̄ non: q̄ quod est compositum ex nō  
quantis nō est c̄titas: sed numerus est  
cōpositū ex non c̄titis. s. ex vnitatibus  
que non sunt quante. ergo &c. Item  
nullum ens positivum est compositum  
ex priuatibus: s. numerus componit ex  
priuatibus. ergo non est positivū: et si nō  
est ens positivum non est c̄titas: q̄ oīs  
c̄titas est ens positivū. maior est nota et  
minor declarat: q̄ numerus componi  
tur ex vnitatibus. modo vnitas dicit in  
divisionem: sed in dividuo est priuatus. er  
go &c. Item qđ est c̄tum nō est c̄tis:  
quia illud non predicat de altero  
in abstracto et inconcreto. mō dicim⁹  
q̄ numer⁹ est c̄tus. ergo nō ē c̄titas.

**In oppositum** soph⁹.  
dicenduz q̄ numerus quo nūeramus  
est quantitas. secundo q̄ est c̄titas dis  
creta. primum declaratur sic: quia illud  
est quantitas quod est illud quo aliquid  
est divisibile in partes: numerus est hu  
iusmodi. quare &c. maior p̄z. ex descri  
ptione quantitatis: quia quantus est qđ  
est divisibile in partes que sunt sicut ap  
paret in p̄mo metaphysice. minor ap/

# Questiōes

21.

punitus potest dici q̄ unitas dicit̄ duo.  
dicit enim illud quo aliquid est in se indi-  
nisibile & dicit̄ illud quo est ab aliquo di-  
uisum. modo isto modo unitas consti-  
tuit numerum sicut quem est quid pos-  
tituum. & si q̄ numerus est in substan-  
tijs separatis ibi autem est nulla quanti-  
tas. ergo numerus non est quantitas.  
**C** Intelligendum est q̄ numerus pro  
prie causatur ex divisione continui sicut  
apparet tertio physicorum: & ideo in sub-  
stantijs separatis proprie non est nume-  
rus sed accipiendo numerum pro qua-  
dam multitudine subiecti est quid mul-  
tidinis essentia causatum replicatione  
& conseruitur & est supra se. **A**d alias  
cum dicitur quod est quantum tē. ve-  
rum est eodem modo: & cum dicit̄ nu-  
merus est quantum verum est ratione  
subiecti quod concernit & non per se. vñ  
aliter potest dici q̄ numerus est quantus  
sicut q̄ ē divisibilis: quia de omni eo qđ  
est divisibile potest quantitas predicari  
denominative: sed est quantitas sicut q̄  
est illud quo aliquid est divisibile.

## Onsequenter

queris de subiecto numeri.  
Utrum subiectum numeri sit  
in re extra animam vel in anima sicut in  
subiecto. Et arguit̄ q̄ non sit in re extra  
animam: quia unum accidens requirit  
unum subiectum. modo extra anima  
non est aliquid unum subiectum respe-  
ctu numeri & numerus est unum ac-  
cidens. ergo numerus non est in re ex-  
tra animas sicut in subiecto. maior: de se  
p̄z. minor aut̄ appetit: sic in trinario nō  
habet esse aliquid unum subiectum ex-  
tra animas sicut tres homines vel qua-  
tro: non sunt unum subiectum: immo  
habent rationem subiecti plurificati. er-  
go numerus non est in re extra animas  
relinquitur. ergo q̄ sit in anima: quia oē  
quod est vel est in anima vel ē extra ani-

mam. **C** Item accidens multiplicatur  
multiplicatio subiecti: sed numerus nō  
multiplicatur multiplicatione rerū nu-  
meratarum. ergo numerus non est in  
re numerata sicut in subiecto. maior est  
nota: & minor declaratur: quia sicut q̄  
dicit̄ phylosophus: p̄ uno physicoꝝ.  
Idem est numerus sicut denarius quo nu-  
meramus decem homines & decem e-  
quos. ergo idem est numerus denariꝝ  
plurium rerū numeratarum: & sic non  
numeratur vel multiplicatur numerus  
multiplicatio rex numeratorꝝ. **C** Idem  
est numerandi est in numerante sicut in  
subiecto. modo numerus est quedam ra-  
tio numerandi: quare numerus est in nu-  
merante sicut in subiecto. modo anima  
est numerans. ergo est in anima sicut in  
subiecto.

**In oppositum** arguit̄:  
q: vñ  
sensibile per se est in anima sicut in subie-  
cto. modo numerus ē per se sensibilis:  
quare tē. maior p̄z. quia illa que sunt in  
anima: sic in subiecto. non apparent ad  
sensem: immo sunt in intellectu. minor  
apparet secundo de anima per phyloso-  
phuz. vñ enumerat cōmunitia sensibilia  
ut idē dicit̄ phylosophus: q̄ re tē. **A**d  
istam questionem dico distinguendo de  
numero q̄ numerus potest accipi tripli-  
citer vel numerus numerat̄ vel nome-  
merus quo numeramus. si accipiat̄ nu-  
merus p̄ numero numerato sic numerus  
non est quantitas: immo in quolibet  
genere potest ē: quia res cuiuslibet ge-  
nerationis potest ē: numerata & sic nume-  
rus potest esse extra animam. & etiam in ani-  
ma: q̄ illa que sunt in anima possunt ē  
numerata. Si aut̄ accipiat̄ numerus p̄  
numerante numero sic ē ipsa anima. vñ  
homo per animam. Si accipiat̄ nu-  
merus pro ratione numerandi sine pro eo  
quo numeramus de illo ē questionis. verū  
sit in anima numerante: vel in re extra.  
**C** Et hoc dico per distinctionem: q: ib-

# Porphiril

Ind quo numeramus pot accipi dupl: q: vel potest accipi pro ratione numeri que est in anima vel pro aliqua dispositione ibi que est subiecta illi rationi numerandi que est in anima: q: omnis ratione que est in anima ex aliquo in re exitate habet ordinem: et ideo illa ratione numerandi que est in anima opere habeat ad aliquas dispositiones rei sibi conuenientem. Tunc dico quod numeramus accipiendo pro ratione numerandi etiam ita in anima sic in subiecto nec illud est quantitas immo magis qualitas. q: quod est habitus exiens in anima: vel ut est dispositio rei numerate: ex qua oritur hec cognitione vel ratione numerandi in anima. secundum dico quod numerus pro dispositione rei que est correspondens illi rationi numerandi que est in anima est quedam cognitione quae habet intellectus de re numerata sive ratione intelligendi. sicut omnis cognitione est in cognoscitur sic in subiecto. ergo numerus illo modo est in anima: sic in subiecto. de isto numero non est questione: nec proprius dicit esse numerus: et cognitione rei non est res. primum enim numerat se primo si habet rationem et cognitionem numerandi. Secundum de clarat sic. quia accessus abstractum a quo libet referit ad alterum preterquam ad subiectum est in eo quod denominat sic in subiecto. numerus quo numeratur pro tali modo disponitio ne que dicta est: est accidentis abstractum a quolibet respectu preterquam ad subiectum: quia est quantitas et qualitas est abstractus ergo numerus est in eo quod denominat formaliter. modo dico quod res est numerata formaliter. si dicimus decem equos. dicimus quod sunt decem: et non dicimus quod in anima sunt. 45. et sic de aliis. ergo iste numerus est in re extra animam: sic in subiecto et non in anima. Et confirmat et reddit ad idem: quia omne accidentis abstractum a quolibet respectu alio preterquam ad subiectum denominat subiectum in quo existit. modo numerus est accidentis sic abstractus et non denominat animam. maior per idu-

cione in omni abstracto accidenti sic abe-  
do nigredo et similia denominant sub-  
stantias in quibus sunt. et dico omne ac-  
cidens abstractum a quolibet respectu ad  
alterum preterquam ad subiectum propter actionem quod denominat agens propter respe-  
ctum quem habet ad agens: et etiam propter  
communem cognitionem que habet respectum  
ad obiectum a quo causatur minor de se per se. Item sic apparet ex dictis omnis quantitas dat esse divisibile subiecto. modo nu-  
merus non dat ipsum esse divisibile: im-  
mo res numerate: quia non dico quod ani-  
ma sit divisibilis in quinque partes: sed res  
numerata quinario: vel senario. habet  
quinq[ue] vel sex partes. ergo numerus non  
est in anima sic in subiecto: sed magis in  
re extra. maior per se ex alia questione. pri-  
mo et secundo metaphysice. per divisionem in quantitatibus. ubi dicitur quod quantum  
est quod est divisibile in partes et predi-  
camentis. et primo physicorum quod fini-  
tum et infinitum quantitati congruunt.  
et per sequens divisione vel individuacio-

## Tunc ad rationes

Ad primam cum dicitur: quia unus ac-  
cidens et cetera ita quod sit sibi proportionatum  
illud subiectum unum. et cum dicitur nume-  
rus non habet subiectum unum et cetera. In-  
telligendum est quod sic videmus in topicis per  
quandam colligationem quod plures par-  
tes simul colligantur habere rationem in  
materie unius respectu forme unius:  
sic respectu domus vel arce: sicut etiam  
respectu forme numeri et cuiuslibet for-  
me discrete aliquid habent plures par-  
tes discretas non coicatas ad aliquem ter-  
minum coemittitur ut aliquid plurimi  
scatur quod habet rationem unius subiecti  
respectu quantitatis: quia sicut de ratione do-  
minus vel arce: est habere plures partes  
sic colligatas ita de ratione discreti est ha-  
bere plures partes non copulatas ra-  
tioni cōsiderari. Ad aliam cum divisione in multipli-

# Questioes

Li.

capitular multiplicatione &cetera. falsum est & cum probatur. quia idem non numerus est quo numeramus decem canes. & decem equos. propter istud alii nescierunt evadere rationem istam: leue est evadere causa. quia intentio physiologi ibidem est probare quod id tempus est in celo in terra & in mari quod est mensura omnium mensurarum. voluit ergo dicere quod sicut est idem numerus quo numeramus & decem homines & decem canes quod etiam sit idem tempus numero quo numeramus omnia temporalia.

**L**unc ad rationes. cum dicatur numerus multiplicatur &c. dico quod numerus potest comparari ad rem numerataz sicut accidentis ad subum vel sicut mensura ad mensuratum. immo si comparetur numerus ad rem mensuratam sicut mensura ad mensuratum. sic idem numerus potest esse mensura omnium quinariorū sicut eadem vlna potest esse mensura totius pani & vas comparatur ad rem sicut mensura ad mensurabile potest esse idem numerus respectu rerum diversarum mensurarum. **C** Si autem comparetur ad rem sicut accidentis ad subiectum. sic non potest idem esse denarius in decem ies & in decem hominibus. immo aliis & aliis numeris denarius. & hec est intentio physiologi vbi dictum est quod idem denarius est quo numeramus decem homines & decem canes. comparando numerum ad rem numeratam sicut tempus ad rem temporale. quia tempus non est in quolibet temporalis sicut in libro sed se habet ad quolibet tempore sicut mensura ad mensurabile. **C** Ad aliam cum dicitur omnis ratio numerandi est in numerante &c. ista soluta est ex dictis quia si accipiatur pro dispositione que est in re correspondente rationi numerandi. que est in anima est in re extra sicut in subiecto. si autem accipiatur pro cor-

gnitione que est in anima sicut est in numero isto modo est in anima sicut concessus est.

## Onseque[n]ter

queritur. Utrum numerus habeat plures species. Et arguitur. quod non. quia plus & minus non diversificant speciem modo numeri differunt sicut plus & minus. ergo non differunt species. **M**aior: appareret sicut homo maior & minor non differunt species & maior linea & minor linea sunt eiusdem species. **M**inor: appareret. quia numerus trinarius & quaternarius differunt in hoc quia trinarius habet pasciores unitates quam quatinarius & sic de aliis: numeri differunt sicut plus & minus. **C** Itē omnis differentia sicut speciem est per formam. sed duo numeri differt per materiam & non per formam. ergo duo numeri non differunt sicut speciem. **M**aior: appareret primo in numeris. quia trinarius & quatinarius differunt solum per unitates. modo unitates sunt sicut materia in numero. quare &c. **C** Et si dicatur ad hoc ut solerat dīci communiter quod omnes unitates precedentes sunt sicut materiales in numero & altera unitas est sicut formalis. illud non valet. quia omnis unitas omni unitati eiusdem species est. modo autem quando sunt eiusdem species unum non est magis formalis altero. quia &c. etiā ed quod ultima unitas est formalis in numero unitates ultime omnium numerorum sunt eiusdem species: & ita ad hec habetur intentionis. **C** Item quandoque due exposito distinguuntur una illarum non sumitur ad destructionem alterius. sicut homo & asinus qui sunt distincti. homo non facit ad constitutionem asini nec econuerso. modo unus numerus facit ad constitutionem alterius utrumque ternarii. quare &c. **C** Item illa non distinguuntur sicut species quorum destruncto

# Porphirii

vno destruitur et reliquu. modo ad destructionem numeri minoris sequitur reconstructio numeri maioris: vt si non est binarius non est ternarius et ad positionem numeri maioris sequitur positio numeri minoris: vt si est quaternarius est ternarius. quare et.

**In oppositum** est phylosophus qui ponit plures species numeri et commentator in. 10. metaphys. et physiologus ut comparat formas subales numeris. **C** Dicendum quod numerus habet species diversas sub se et haec apparet per p. m. 2. metaphysics. qui dicit quod bisectiones non sunt sex. sed semel sex sunt sex. ergo vult quod senarius a formis ternariis habeat esse. **C** Ita quantum est quod dat esse inseparabile divisibile subiecto. **C** Tunc arguo sic. illa que dant aliquid et aliud esse divisibile per speciem differunt: quia aliud esse divisibile dat duo et aliud decem: et est in istis sicut etiam est in aliis: quare et.

**Tunc ad rationes:**  
Ad primam cum dicitur plus et minus secundum speciem non differunt et. verum est quod illa que non differunt nisi secundum plus et minus. non diversificant speciem. tam et illa quod differunt secundum plus et minus ita quod ad aliud plus et minus sequitur alia et alia forma bene sunt diversa: bene sunt diversa secundum speciem. et cum dicatur duo numeri differunt soluz secundum plus et minus. dico quod non differunt solum secundum plus et minus secundum modum differunt per differentias formas fibi contrahentes. Illud plus et minus si est ternarius et quaternarius differunt per differentias formas. et cum dicatur maior linea et minor linea non differunt. verum est quod eadem forma linea remanet in maiori et in minori: sed non manet eadem forma in pluribus unitatibus et paucioribus: in modo alia et alia. et si quebras unde hec manet eadem forma linea a

maiori et minore. et non manet eadem forma in numero maiori et minori. dico quod causa est propter diversitatem que est inter quantitez continuae et discretae: quod quilibet pars continui est continua: sed partes discretae sunt actu divise et non copulate ad aliquem terminum communem: et quilibet pars discrete non servat formam discrete: sicut duo non servant formam denarii. et ideo ad plures et minus in quantitatibus discretis sequitur alia et alia forma in continuis autem non sequitur alia et alia forma ad plus et ad minus. **C** Ad altam cum dicatur omnis differentia secundum speciem et. cedetur et cum dicatur duo numeri non differunt secundum formam: quia differunt per unitates et ideo quod non differunt soluz unitatibus: in modo etiam formis consequentibus unitate: quia alia forma est in pluribus et alia in paucioribus unitatibus. non credo quod ultima unitas sit forma numeri: immo omnes numeri sunt eiusdem rationes in numero: sed illi quod posuerunt quod ultima unitas est forma. motu fuerunt propter hoc: quod apposita unitate sit alia species numeri: et ideo credebant quod ultima unitas esset forma numeri. tamen non est ita sed causa quare apposita unitate sit alia unitas: nisi quia eius appositione ad alias unitates resultat alia forma numeri et alia aggregatio. **C** Ad altam cum dicatur quandocunq; aliq; due species et. verum est quod una illarum non facit ad constitutionem alterius formaliter. tamen materialiter una bene potest facere ad constitutionem alterius modo unius numeri non constituit alius numeri formaliter: tillo. modo distinguuntur adiunctez. unde tot sunt unitates in duabus quaternariis quod sunt in duabus denariis. ita quod duo quinarii constituant materialiter denarii: vel potest dici quod numerus constituit ex unitatibus. **C** Ad altam cum dicatur illa non distinguuntur secundum speciem: quorum uno

## Questiōes

destructio destruitur & reliquaz. dico q̄ illa distincta sūm sp̄eciem possunt dupli-  
citer considerari: vel vt habent rationēz  
prioris & posterioris: vel vt sunt distin-  
cta sūm sp̄eciem. modo si secundo mo-  
do numeri considerentur vt sunt distin-  
cti sūm sp̄eciem expōne vnius. non ponit  
ur reliquum nec ex destruciōe vnius  
destruitur reliquum. si autēz considerē-  
tur vt habent ordinem prioris & poste-  
rioris. sic ex positōe numeri maioris se-  
quuntur positio nūseri minoris: quia poste-  
rius presupponit prius & ex destruciōe  
numerī minoris sequitur destruciō nu-  
merī maioris. quia destruciō priori seq-  
tur destruciō posterioris.

## Onsequenter

queritur. Utruz oratio sit q̄nti-  
tas. Et arguitur q̄ non: q: qd  
est in genere qualitat̄ non est quanti-  
tas modo oratio ē in genere qualitat̄:  
ideo tē. mato: pat̄. quia sicut dicit phy-  
losophus. primo posteriorum. capitulo  
in statu de predicamentis. predicamen-  
ta sunt in permixta. & ideo illud quod est  
in uno predicamento non est in alio.  
minor apparet. q: oratio est motus mo-  
tens auditum modo omne tale est pas-  
sibilis qualitas: & de tercia specie quali-  
tatis. Item ostenditur q̄ oratio non  
sit quantitas discreta: quia illud quo ali-  
quid mensuratur breue vel longū sunt  
continua: & ideo illud quo aliquid men-  
suratur breue vel longum est continuū  
quia discretum non mensurat continuū  
nec econverso minor: p̄z q̄ phyllophat̄  
in littera qui dicit q̄ linea mensuratur syl-  
laba longa vel breui: & ideo tē.

**O**ppositum utruq̄ esto-  
rum probat  
phyllophat̄ in littera. probat enim q̄  
oratio est quantitas & est q̄ntitas dis-  
creta. Dico ad hoc. q̄ oīo vt dīc Boe-

## Li.

etus potest dupliciter considerari. p̄mo  
vt est inscripto: & isto modo considera-  
ta potest dupliciter accipi: quia vel vt ē  
aliquid composituꝝ ex inclaustro & per-  
gameno sic est substantia ex quibus illa  
componitur sūt substantia. vel potest  
acciō inscripto prolineatione sive figu-  
ratione facta in pgameno: & sic est in q̄r-  
ta specie qualitat̄ cum sit quedaz signa-  
ra. secundo modo potest accipi sive con-  
siderari: vt est in mente: & sic cum sit q̄  
dam habitus informans animaz est in-  
prima specie qualitat̄ que est habitus  
& dispositio. tertio modo prout est in p-  
latione: & hoc dupliciter: quia aut consi-  
deratur quantum ad vocem prolatam  
vt quidam dicunt: & sic mouet audituꝝ  
& est passibilis qualitas de tercia specie  
qualitat̄ vel potest accipi vt ipsi dicunt  
per mensuram vocis prolate & non pro  
ipsa voce prolate: sūm quam syllaba vel  
vox mensura breui vel longo: & sic est  
quantitas: vt dicunt: q: habet rationem  
mensure. est quantitas quia sūm phyllo-  
phat̄. 10. metaphysice. quantitates  
sunt dīe mensurarum. etiā propter ali-  
ud differt. q̄ est quantitas: quia habet  
partes prolatas sibiunisicem subceden-  
tes. Credo tamen q̄ illud non sit ve-  
rum. s. q̄ mensura vocis plate sit quan-  
titas que est oratio: immo est quedaz alla  
quantitas puta tempus. quia platio vo-  
cis. est in motu. modo mensura motus  
est tempus. ergo mensura vocis prola-  
te non est quantitas. que est oratio: sed  
tempus. Item nō valet quod ipsi di-  
cant q̄ oratio vt est mensura vocis pro-  
late est quantitas: q̄ vt ruit p̄bs. 10. me-  
thaphysice. & etiam secundo: mensura  
refertur ad mensuratuꝝ & est ad aliquid.  
& ideo oratio vt est mensura magis est  
ad aliqd q̄ sit q̄ntitas: & cōmentator. 10.  
metaphysice q̄ q̄ntitates dīe mensura-  
rum. cōmentator ibi exponit q̄ est passi-  
ue & non actiue: q: q̄ntitas est id quo all-

# Porphirii

Quid mensuratur et non est id quod mensurat: et ideo ratio illa non valet. **C** Itet non valet quod ipsi dicunt de illo quod habet partes et cetera. quia substantia habet partes tamen non est quantitas: sed illud quo aliquid habet partes est quantitas. modo oratio ut est in prolatione non habet partes. sed illud quo aliquid habet partes. **C** Ideo dico aliter. quod vox vel oratio ut est in prolatione: potest accipere dupliciter vel pro ipsa voce prolatam. vel pro multitudine partium prolationis discretarum: sibi unicem subcedentiam modo si accipiatur pro ipsa voce prolatam sic est in tertia specie qualitatis: quod invenit auditum omne autem quod mouet auditum. est in tertia specie qualitatis. si autem accipiatur oratio pro multitudine dico duo. primo quod oratio est quantitas. secundo quod oratio est quantitas discreta et illa duo portunt una ratione probari: quod illud quo aliquid est divisibile in partes eiusdem rationis non copulatas ad aliquem terminum coem. est quantitas discreta: sed ipsa oratio prout est multitudine partium discretarum sibi unicem subcedentium est illud quo aliqui est divisibile in partes discretas non copulatas ad aliquem terminum coem: quare et cetera. maior: p. q. hec vero est quantitatis discrete quod quantitas est illud quo aliquid est divisibile in partes. vel sicutem habet partes finitimas quantitates et habet partes discretas non copulatas in aliquo termino communem. quantum ad quantitatem in discretam. minor: p. quia dicens homo currit hic est multitudo litterarum et syllabarum. modo iste partes orationis sunt discrete et separate ab unicem: et non copulate ad aliquem terminum communem et cetera. Et ad istam intentionem loquitur pbs. 2. in metaphysic. ubi dicit quantitatem primam sui divisione. ymaginem et multitudinem ita quod per ymaginem intelligit quantitatem continuam: per multitudinem quantitatem discre-

tam. Sed duplex est multitudo: quod quendam est ipsorum permanentium. et talis est numerus qui est quantitas discreta alia est multitudo successorum et talis multitudo non est aliud quam oratio ut est quantitas discreta: quia partes multitudinis que est in prolatione vocis non permanentis: sed sibi unicem succedunt. et iusmodi sunt syllae et litterae. sic ergo p. quod oratio in prolatione quantum ad suam essentiam. scilicet quantum ad vocem prolatam que est essentia orationis in prolatione est in secunda specie qualitatis ut dictum est: quantum vero ad aliquam sui proprietatem. scilicet quantum ad multitudinem partium eius prolatarum discretarum sunt unicem subcedentiam. que sunt littere vel syllabe: quantitas est multitudo eius et litterarum et syllabarum; et est quedam proprietas orationis in prolatione: et haec est quantitas discreta ut dictum est.

## Tunc ad rationes.

Ad primam cum dicitur illud quod est in genere qualitatis et cetera. verum est ut sit tamen finis aliquam orationes. potest bene esse quantitas. et cui dicitur odo non est quantitas vera. est si accipiatur pro voce prolatam: quia ut sic mouet auditum: et id bene concedo: quod ut sic non est quantitas. si autem accipias pro multitudine partium ut dictum est. sic est quantitas et qualitas. **C** Ad aliam cum dicitur illud quo aliquid mensuratur breve vel longum. et cetera. falsum est. **C** Ad probationem cum dicitur breve et longum habet esse in optimis ut linea dicitur longa vel brevis: et sic de aliis continuis. dico quod longa et breve possunt dupliciter considerari. vel proprie vel improprie. modo si accipias proprie. sic habebit esse solam in continuis. si autem accipiatur improprie. et hoc scilicet quod rurum habet plures partes quam aliud et sic habent esse in distinctis partibus: in quibus

# Notes

varietat. s. penes maiorem & minorem  
ut dictum fuit quando querebat de nu-  
mero. vel aliter potest dici ad rationem qua dic-  
tum illud quo aliquid mensuratur recte. verum  
est si sit illud quo mensuratur breve vel longa.  
si tamquam per accidens sit non opus. ad mi-  
norē cum dicitur quod syllaba longa vel brevis  
mensuratur ratione ratione plationis ipsius tem-  
poris. unde dicitur brevis quod habet numerum tem-  
pus prolationis vel dicitur longa: quod habet duo  
tempora prolationis. et similia mensura-  
tur brevis vel longa ipsa ratione. non per  
se sed per accidens ratione temporis plationis.

**Onsequenter**  
querit. Ultrum. Oratio sit quantitas  
distincta cum specie & nume-  
ro vel e converso. Et arguit quod non sunt dis-  
tincte quantitates in specie: quod illa que dif-  
ferunt soluz per minimam non differunt specie  
sed numerus & ratio soluz differunt per  
minimam: quare recte. maior potest: quod differentia  
specifica est per formam & non per minimam  
minor potest. quod numerus habet esse in prima  
nente sicut ratio in successione sic ergo patet  
quod numerus & ratio soluz distinguuntur  
per minimam permanente & successuam.

**In oppositum** est philosophus  
qui ponit rationem & numerum esse distinctas  
species quantitatis discrete. dico quod numerus  
et ratio est species quantitatis discrete: quod ille  
quantitas distinguuntur in specie que dif-  
ferunt per formas vel diversas formales:  
sunt numerus & ratio dicitur in forma sive in  
diversa formaliter. quare recte. maior potest. &  
minor declaratur: quod numerus est mensura quanti-  
tatis permanenter: ratio autem habet esse  
mensurare quantitates successivas modo mensura dicitur esse  
vniuersaliter mensurato: et ideo permanens  
modo dicitur esse mensura successiva: nec econ-  
verso: quod non sunt vniuersalia. sicut enim ratio  
est mensura successiva numerus autem  
mensura permanens: et mensura dicitur esse vniuersaliter  
mensurato: quod numerus est prima

# Li.

nens. et ratio successiva sive permanens & su-  
cessivus dicitur formaliter. ergo numerus &  
ratio dicitur formaliter. **C**Intelligendum est pri-  
mo quod est mensura propriam est quantitas: et non  
est de esse quantitatis: quod mensura est de ge-  
nere rationis: quod mensura referatur ad men-  
suratum: et ideo non est de esse quantitatis quod  
quantitas non est mensura: sed est illud quo  
aliquid mensuratur sine id quo mensura-  
tur: ut per ipsum ex intentione physiologiae. me-  
thaphysicae vbi dicitur quod quantitates sunt dicitur  
mensuraz: et illud exponit ibi commenta-  
tor dicens quod habet intelligit passim & non actu-  
ne. **S**ed intelligendum est quod prolationis vocis  
potest mensurari tempore & a numero: et ab ora-  
tione: quod autem platio vocis possit mensura-  
ri. potest: quod platio vocis sit cum quadam motu  
ideo sic potest mensurari a tempo: et quod tem-  
pus est mensura motus: quod platio vocis  
sit cum quadam motu. ideo potest mensurari a  
tempore. **C**Et si quis dicat quod hoc videatur  
impolle. s. quod platio vocis mensuratur a tem-  
po: quod platio est quod discretum: tempus  
autem est quod continuu. inquit continuu non potest  
esse mensura discreti nec e converso. quod  
mensura dicitur esse vniuersaliter mensurato: modo conti-  
nuu & discretu non sunt vniuersalia. id recte.  
dico quod ratio potest considerari vel potest sit a  
quadam motu: et sic mensuratur tempore. vel pro-  
ut habet partes discretas non contentas in ali-  
quo termino communiter: sic potest: quod est per  
discretum nec sub illa ratione tempus mensura-  
tur. vel potest dici quod habet continuum & aliud  
discretum. tamen quod in isto sunt successiones:  
ideo ut sic mensuratur platione sicut motus  
rectus & circularis: quod est diversarum  
rationum possunt eodem tempore mensurari: eo  
deinde modo. dico quod platio vocis mensuratur &  
numero quod possumus considerare partes pro-  
lationis. ut sunt distincte inter se: et ideo  
ut sic prolationis vocis potest mensurari a nu-  
mero. **C**Etsi nam prolationis vocis potest  
mensurari ab uno. quod potest: quia pro-  
lationis est multitudo plurimum partium dis-  
cretarum subservientium sub cedentium mo-

# Porphirii

do prolatio vocis potest habere plures partes discrete prolatas sibiunice subcedentes: et ideo platio vocis est quod ipsius partes sunt sibiunicem subcedentes positum mensurari ab oione.

## Zunc ad ratione.

Quae est in oppositu cum dicis illa quod differunt soli quod main non differunt per se et ceterum. et cum dicis numerus et oio soli differunt per se main falsus est. ad probationem cum dicis numerus huius esse in permanente oio vero in successu. dico quod numerus et oio non solaz differunt in permanente et successu: immo cum huius quod numerus est permanens et oio successiva eius mensura debeat esse unigenita mensurato. ut dictum est in ratione precedenti: et quod permanens et successivum differunt formaliter. id est.

## Onsequeunter

querit. Utrum tempus sit quantitas per se. et arguit quod non auctoritate physiologi. secundo methaphysici. qui dicit quod tempus et locus sunt quantitates per accidens. Item huiusmodi arguit ratione: quod illud quod non est per se divisibile: sed per aliud non est quantitas; sed tempus non est divisibile per se. ergo et ceterum. maior pars de se. et minor: apparet per ipsum sextum et septimum physicoz. ubi dicit. quod tempus est divisibile per motum et confirmat: quod propter quod uniusquodam tale et illud magis. modo tempus huius divisibilitatem per motum: et per se est quantitas per motum. ergo si tempus est quantitas et motus multo fortius est quantitas: modo hoc est falsus: immo motus est de genere termini ad quem sunt ipsum. tertium et secundo physicoz. ergo falsus est dicere. quod tempus sit quantitas. maior pars per ipsum. et septimum. et octimum. physicus. qui vult quod divisibilitas motu sit causa divisibilitatis in tempore.

In oppositum est physiologus qui enumerat tempus et locum inter species

quantitatis. Ad istam rationem dico duo primo quod tempus est quantitas per se. et non est quantitas primo. Primum declarat sic. quod tempus est vel quod sit divisibilis vel

quod sit illud quo aliquid est divisibile in partes tales: finis autem opinionem et de hunc discussum fuit plus.

Tunc arguo illud quod est divisibile in partes eiusdem rationis: vel id quo aliquid est divisibile in partes est per se quantitas. modo tempus est huiusmodi: quod tempus in secreto est plus: et posterius in omnibus finis primo. 4. physicoz.

et credo quod loquatur ibi de tempore secreto ut concernit motum: et in abstracto credo quod tempus sit motus quo aliquid est divisibile in plus et posterius.

Item illud cui per se inest quantitas proprietas est per se quantitas modo ipsi temporis inest proprietas quantitatis. ergo et ceterum. maior pars. quod tempore proprium non inest nisi in subiectu eius est: sicut risibile non inest nisi in homini. minor apparet. quia proprietates quantitatis est finis ea equalis vel inequalis. modo vnu tempus est equalis vel inequalis alteri temporis. etiam proprium quantitatis est quod sit mensura vel mensurabile licet mensura non sit de genere vel de essentia quantitatis: tamen esse mensuram est proprium quantitatis modo temporis est propria: quia tempus est mensura motus: quare et ceterum.

Secundum declarat sic. quod esse divisibile non inest tempore. primo huiusmodi effectu inest subdivisio per motum et motuum per magnitudinem finis ipsum sexto. 8. physicoz. qui vult quod tempus sit divisibile per motum. et motus per magnitudinem supra quam sit motus est divisibilis modo sicut aliquid est divisibile sic est quantitas. eius ergo tempus non sit divisibile primo per se: sed per motum: ideo non est quantitas primo licet per se sit quantitas: sicut videmus quod ista propria: sit in opposito. est aliquid est vera per se tam non est vera primo: immo illa est vera primo immo est aliquid ita est in proprio magnitudine enim prius est quantitas: quod tempus tempus tamen per se est quantitas.

# Oñes

propter dissolutionem rationum intelligendum est q̄ tempus potest accipi duplitter. s. in concreto & i abstracto temp⁹ in concreto concernet motum quia subiectum ipsius temporis est mobile. & ipm p̄imum mobile mediante suo motu. & sic tempus nihil aliud est q̄ p̄miss & posterius que sunt accidentia motui summa men essentialia ipsi motu & temporali. tempus autem in abstracto illud quo mot⁹ prius & posterius formaliter. q̄ aliud quo se p̄p & p̄miss & posterius effectiue ē magnitudo supra quā ē motus.

**T**unc ad rationes. Ad pri-  
mam cum dicimus q̄ p̄ylosophus dicit &c. q̄ tempus & locus &c. Dico q̄ pro tanto dicit hoc. q̄ tempus non est primo quantitas ut visum est. **A**d aliam cum dicitur illud quod non est per se divisibile &c. conce-  
do: & cum dicitur q̄ tempus non est p̄ se divisibile saltem est vel illud quo ali-  
quid est divisibile: & cum dicitur. q̄ te-  
pus est divisibile per motum dico q̄ ef-  
fectus divisibilitas temporis est per  
motum. ergo si tempus est quantitas  
& motus est quantitas dico q̄ non est si-  
mile de similitudine temporis & motus.  
q̄ divisibilitas que est in motu & in ipso  
per aliquod & est sibi accidentes sed divisibili-  
tas que est in tempore est sibi causatis. &  
pertinet ad eius rationem quiditatinae.  
& ideo non sequit̄ q̄ tempus nō sit qua-  
titas per se licet in motu non sit quantitas  
per se. q̄ divisibilitas inest motus p̄ ma-  
gnitudinem & est accidentis extra quan-  
titatem motus existens. ideo per acci-  
dents motus est quantitas. & cum dicis  
q̄ tempus eodem modo est divisibile  
per motum. dico q̄ verum est. q̄ tem-  
pus effectus est divisibile. per motum  
tamen tempus per se formaliter est di-  
visibile per se vel est illud quo aliquid ē  
divisibile. & ideo esse divisibile est illud  
quo aliquid est divisibile tenendo illam  
opinioneum ut superius dictum est.

# 21.

## Onsequester

queritur. Utrum locus sup-  
se quantitas. & arguitur q̄ nō:  
quia quod est consequens formam. nō  
est quantitas. locus est consequens for-  
mā. ergo locus non est quantitas. **M**aior patet. quia finis doctini & omnes  
alios commentatores quantitas sequitur  
subī ratione materie & ideo q̄ se quis  
subī ratione forme. non est quantitas.  
**M**inor patet per commentatores octauo  
celi & mundi. qui dicit q̄ quantum ali-  
quid dat de forma tantum dat de loco  
consequente formam illam. sicut quan-  
tum aliquis dat de igne. forma ignis tā  
tum habet de loco ignis. & quando actu  
est grane actū est deorsum. **C**Item illud  
quod est virtus conservativa locati non  
est quantitas per se. modo locus est per  
se virtus conservativa locati. quare &c.  
**M**aior: patet. quia illud quod est virtus  
conservativa loca est qualitas & nō qua-  
titas. **M**aior: declaratur. quia corpora  
naturalia quātum magis approximant suis  
locis naturalibus velociter mouentur.  
hoc autem nō est nisi quia locus est que-  
dam virtus conservativa locati. q̄ &c.  
**C**Item probo q̄ si locus sit quantitas  
q̄ non sit species distincta a superficie.  
quia due species distincte sub aliquo ge-  
nere debent ad invicē differre quocunq;  
alio circumscripito. quod est extra illud  
genus. modo locus & superficies non  
sunt huiusmodi. quar &c. **M**aior: patet  
quia sicut homo & asinus sunt species  
distincte sub animali differunt inter se quo  
libet alio circumscripito extra genus asal  
& sic est in alijs speciebus inducendo in  
omnibus alijs. **M**inor: declaratur. quia  
locus & superficies solum differunt q̄r  
locus est mensura rei intrinsecē & ex-  
trinsecā est extra genus quantitatis licet  
sit proprietas eius est enim de genere  
relationis. ergo non differunt inter se  
quocunq; alio extra genus quantitatis

# Predicamentorum

et reuerscripto. Item probo qd locus non differat a positione et vbi et per consequens non erit per se quantitas. quia illud quod eisdem differentiis dividatur cum positione et vbi non differt ab his modo locus eisdem differentiis dividitur cum positione et vbi. quia d<sup>r</sup> vbi sunt et deorsum ante et retro sunt differentie positionis et omnes iste differentie sunt loci. quare et. Maior patet. quod diversorum generum sunt diverse species et differentie. ergo per oppositum vbi sunt eadem differentie ibi est unum genus.

**Oppositum** arguitur. quod proprietas quantitatis ipsum est quantitas. modo ipsi loco competit proprietas quantitatis. quia proprium est quantitatis sicut eam equale et inaequale dici. modo sicut locum aliquid dicitur equale vel inaequale aut locus dicitur equalis locato. ut dicitur octano physicorum quare et. Item quod habet contine re per se est in genere quantitatis. sed locus per se continet locatum. ergo et. De ista questione sunt due opinioes quidam enim dicunt qd locus per se est quantitas. quia dicunt qd locus est superficies corporis continentis et differt a superficie. quia superficies habet rationem mensuram intrinsecam dicitur enim superficies respectu corporis cuius est. sicut eadem superficies potest dici locus respectu rei locata ut est eius mensura in triseca. Sed illa positio peccat duplicitate. primo enim peccat. quia fundamen tum suum falsum est scilicet qd eadem res sicut diversas considerationes considerata possit constitutere diversas species unius predicamenti vel esse in diversis predicamentis. quia ille species sub aliquo genere contente differunt ad initium formaliter. quid differunt ad initium per differentias formales. modo impossibile est qd una essentia sit plures essentie distincte et differentes essen

tia altera. ergo impossibile est qd eadens res sit superficies et locus supposito qd superficies sint diverse species quantitatis. unde illud bene esset impossibile si licet qd una essentia esset in uno predicamento et sua proprietas esset in alio. sed qd eadem essentia per se et essentialiter sit in diversis predicamentis h<sup>e</sup> est impossibile. Et propter aliud illa positio non valeat. quia species contente sub aliquo genere et distincte debent differre per differentias illius generis. et non per differentias que sunt extra illud genus. unde debet differre circumscriptio quoniam alio extra illud genus sub quo sunt sicut apparer inducendo in omnibus aliis speciebus modo esse mensuram extrinsecam et intrinsecam est extra genus quantitatis. quia mensura est ad aliquid. sicut apparer 2<sup>o</sup>. metaphysice. Ideo alta fuit opinio. et fuit opinio communis scilicet qd locus habet in se dno. scilicet unum materiale et unum formale. materiale in loco est ipsa superficies corporis continentis. formale autem in loco est virtus conservativa locati que est in superficie ex eo qd est in tanta distantia ad omnem. modo quantum ad materiale in loco. locus est quantitas et non est differens sicut in speciem a superficie. sed quantum ad formale sibi non est quantitas. sicut est quedam qualitas que est materialis in potentia in 2<sup>o</sup> specie qualitas existens. Ita tamen positio non valeat. quantumcunque possit esse compositum ex partibus quantitatibus. tamen ex partibus essentialibus non cuiusmodi sunt materia et forma. nullum accidens potest esse compositum hoc aut habet ab auctoritate sex principiorum qd dicit qd forma est compositioni primis simplici et variabilis essentia persistens g<sup>o</sup> qdlibet accidens est qd dicitur simplex in essentia. in loco est accidens g<sup>o</sup> in loco non est in essentia et forma. ita qd illa sunt de sui essentiis. et illa tota essentia loci vel est illa virtus conservativa locati. vel su

# Questiōes

21.

multitudines corporis contentis. utrumq; enim non potest esse de sua essentia: quod essentia simplex non potest componi ex diversis: et ideo cum locus sit quedam forma simplex non potest ex istis componi. Propter quod dico alio ad illam qualiterem permittendo quid sit locus. locus ut appareat octauo physicoz. est ultimum corporis continentis immobile. primum ita quod esse immobile est formatio differentia loci. sedo suppono quod in divisione accidentis ponatur subiectum. modo subiectum loci est ipso superficie ultimi corporis continentis: ideo ille debet poni in divisione loci: et quod esse immobile est differentia formalior in divisione loci. hoc est ratione late distantia ad orbem et illa distantia ad orbem est in ipso ultimo continente. ulterius ad illas distantiam ad orbem consequitur virtus conservativa locati. ita quod illa virtus conservativa locati non est locus essentialiter sed consequitur ad ipsum locum et est proprietas loci: et ideo in divisione loci ponitur ultimum continentis sicut subiectus ponitur in divisione accidentis.

**Lunc dico** quod locus non est per se qualitas: cuius ratio est. quia illud cui non competit per se illud quod est de ratione quiditativa qualitatis non est qualitas: modo loco non competit per se illud quod est de ratione quiditativa qualitatis quare illud non erat de ratione quiditativa qualitatis: qui in qualitate est illud quo aliud est divisible in partes eiusdem rationis modo illud non est in loco per se: immo illud soluz in erit sibi ratione sui subiecti. scilicet ultimo accidentis: subiectum autem non est de essentia accidentis et quod ultimo continentis sit subiectus loci huius apparent quod ponatur in sua divisione. ergo locus non est per se qualitas. **C**Item hoc apparent ex alio quod locus formaliter est tanta distantia ad orbem: modo illa distantia non est per se qualitas: sed coquens quantitates et fundatur in quantitate: quia locus non est per se qualitas:

inimico est passio fundata in qualitate ad quam consequitur virtus conservativa locati. Et propter hoc quanto corpora naturalia sunt propinquiora suis locis naturalibus tanto velocius monetur propter illam virtutem conservativam locati. que consequitur ad ipsum locum.

**Ad rationes** quae sunt contra illam partem primo adducta concedas quod sunt per me. **C** Ad alia in oppositum. **C** Ad primam cum dicatur cuiuscumque competit proprietas: et vero est si insit sibi per se: et cum dicatur proprietas qualitatis est in loco sicut esse eadem dico quod inest sibi ratione sui subiecti immaterialis. scilicet ultimo continentis. **C** Ad aliam cum dicatur quod locus habet per se ratione. vero est per se. sedo modo quia hoc iesit sibi ratione sui subiecti. **C** Ad aliam etiam dicatur quod qualitas ponitur in divisione loci vero est sic subiectum ponit in divisione accidentis. unde cum dicatur locus est ultimo ratione. illa est predicatio materialis subiecti immediate de accidente sicut est divisionis simili. illa summa est natus can. **C** Ad aliam etiam adducatur primo quando perhabatur quod locus non differebat a positio et ubi quod locus et illa eidem differentiis dividuntur. dico quod ille differentiae surfluz et deorsum et cetera non sunt differentiae loci et passionis. et ubi eodem modo: quod prima differentia loci sunt: sed sunt differentiae passionis vel finis quod causantur ex loco vel ex comparatione ad locum.

# Onsequester

queritur circa predicamentum relationis. et primo queratur. Utrum reatio sit ens reale. Et arguitur quod non. quia quod non pertinet alicui nulla transmutatio facta in ipso non est ens reale: sed relatio advenit sive acquiritur in aliquo nulla mutatione facta in ipso. ergo ratione maior patet: quia illa consequentia inferiora naturaliter habent acquiriri in aliquo per motum et transmutationem

# Predicamentorum

nem quicquid enim acquiritur in istis i/  
serioribz: quia de istis loquimur acqui/  
rir per motum et transmutationem.  
**M**inor declaratur. quia potatur qz so:  
fit albus et plato niger fiat albus: tunc  
in soz. acquiritur quedam relatio ut simi  
litudo ad ipsum platonem qua factus  
est albus. et tamen nulla mutatio facta  
est in sorte. eodem modo ponatur qz  
illa colupna que est inibi dextra si mo:  
neat ad aliam partem facta est inibi si/  
nistra. nulla transmutatione facta in me.  
et tamen hic est quedam relatio acquisi:  
ta in me p comparatione ad columpnam.  
**I**tem illud quod additum est alteri  
non facit ipsum compositum qz erat an/  
tea no: est ens reale. modo relatio addita al/  
teri non facit ipsum compositus nec  
maius qz erat antea sicut si albedo ad/  
datur alicuius tunc sit compositus qz ana/  
tea: qz plures continent essentias. quia si  
soz. additur albedo. additur similitudo  
ad platonem qui est albus: soz. albus  
non est compositione: qz erat antea. dum  
erat soz. albus. **I**tem illud quod est  
dispositio non entis est non ens. sed re/  
latio est dispositio non entis. ergo est  
non ens. **M**aior patet. quia dispositio  
alicuius non potest esse maioris entita/  
tis. qz illud cuius est dispositio. **M**inor:  
declaratur. quia contradiccio est que/  
dam relatio. modo contradiccio est dis/  
positio non entis. quia habet esse inter  
ens et non ens. et fundatur in ipso non  
ente sicut in subiecto. **I**tem probo qz  
relatio non differat a suo fundamento.  
realiter: quia aliquid absolutum et re/  
spectuum non diversificant speciem.  
modo relativum est quid respectuum  
et fundatum et fundamentum suum est  
aliquid absolutum. ergo no: differt a suo fun/  
damento in specie. minor p3. qz aliquid fin  
se consideratum et ipsum fz se no: consideratum  
sunt differentia accidentaliter. modo ali/  
quid fin se consideratum est absolutum  
et aliquid ad alterum comparatum est

respectuum. ergo talia non diversifi/  
cant speciem.

**In oppositus** vtriusqz  
arguitur primo qz sit ens per se per phylosophi  
qui ponit relationem esse predicamentum  
tale autem est ens reale. et qz sit ens di/  
stinctum a suo fundamento appetet. qz  
relatio fundatur supra alia predicamenta.  
**T**unc arguo sic. si relatio no: differret  
a suo fundamento. tunc genus non dif/  
feret ab alijs principijs. modo illud est  
fallsum: quia phylosophus distinguit ge/  
nus predicamentum relationis. quare et c.  
**A**d istam questionem dico duo. pri/  
mo qz relatio est ens. 2o qz est distinctus  
a suo fundamento. 3o dico qz est quedam  
relatio que est ens rationis. et quedam  
est relatio que est ens reale. **P**rimus  
probatur sic. quia illud quo aliquid est  
similem se absolutum quod habet referri ad  
alterum est ens. modo relatio ipsa est ali/  
quid quo: quod est fz se absolutum habet  
referri ad aliud. qre et c. **M**aior: patet  
eniam per illud quod no: est aliquid nihil  
ibi refertur ad alterum. si enim est nihil  
sicut aliquid similem se absolutum. unde et  
post eius additionem. **M**inor: d se p3.  
**S**ed in declaratur. quia fundamen/  
tum relationis. similem se est ens absolutum.  
**T**unc arguo sic. illud quod nihil rea/  
le addit supra ens absolutum. non facit  
ipsum ad alterum referre ex quo. similem se  
non referrebatur. sed relatio addita su/  
pra similem fundamentum. quod est ens  
absolutum facit ipsum ad alterum referri  
et tamen similem se et absolute non referan/  
tur ad alterum. sicut soz. similem se non re/  
fertur ad alterum. sed si fiat pater tunc  
tamen per paternitatem refertur ad fi/  
lium. ergo oportet qz relatio aliquid re/  
ale addat supra fundamentum suum et  
qz differat essentialiter ab ipso. **T**ertiuum  
declaratur. quia relatio recipit en/  
titatem a suo fundamento modo relatio  
quaundoqz fundat supra ens reale. quia

dogz supra ens rationis supra ens reale sicut paternitas & filatio sunt ens rationis sicut contradictio & oppositio & consimilitudo. ergo relatio quandoqz est relatio realis quandoqz ens rationis. **T**a men notandum est qz relatio rationis non est illa que est in predicamento relationis per se sed solū relatio realis est in predicamento relationis. quia in immediate dicitur ens extra animam in decem predicatione. & ideo entia realia sunt ibi per se. sed entia rationis non sunt ibi per se. **S**ed notandum est qz nec relatio fundetur supra res aliorum predicatione. vel saltem sunt res plurimum: tamen ut est i alijs predicatione. sicut genus vel species vel inclitiduum. immo ē quoddam predicamentum sūm se distractum ab alijs predicatione. quia illud quod fundatur in aliquo sicut in subiecto differt in essentia. ab eo in quo fundatur sicut similitudo. & albedo differunt a suis substantijs. sūm essentiam. ita inesse sit conjuncta cum subiecto.

## Lunc ad rationes

Ad primam cum dicitur id. quod aduenit &c. Dico qz sūm qz apparet. 2o. physicorum motus nou est in ad aliquid per se. vnde motus per se solus est ad qualitatem. qualitatem & ubi & ad relationem per accidentem. tunc ad rationem cu dicitur illud quod acquiritur in aliquo sive transmutatione &c. verum est. si naturam sit aquiri per motum & transmutationem qz se sed accidens sufficit transmutationem factam esse in aliquo ad hqz tale acquiratur. & non oportet transmutationem factam esse circa subiectum in quo est modo relatio nou est tale ens quod acquiritur per motum ut apparet 2o physicorum. vnde sufficit ad hoc quod relatio acquiratur in subiecto de nono. qz fiat transmutatione in aliquo sicut ubi gratia. si ista colupna sit modo mibi dextra. aliquis potest eam ponere a si

nistro. & tunc ibi erit relatio nulla transmutatione facta in me. sed transmutatione facta est in alio utputa in columnā. Eodem modo si aliquis sit albus & postea generetur aliis albus. tunc in filio qui erat prius albus acquisita ē relatio similitudinis. & tamen nulla transmutatione facta est in ipso. sed transmutatione facta est in alio. Et si dicas vnde h est qz relationes acquirantur transmutatione facta in alio. & non in suo subiecto. Dicendum est qz quia esse relativorum est etiam ad aliquid. & ideo facta transmutatione in alio & acquisito termino relationis in quo est statim referatur ad aliquid sicut sor. albus nulla transmutatione facta circa ipsum generato platone albo referatur ad ipsum. **S**ed tamen notandum est vltierins. qz sor. albus habet rationem transmutandi ipsum ad albedinem. & totam causam istius relationis sive similitudinis. ille enim qui transmutat ipsuz ad albedinem transmutat ipsum ut sit similis alteri albo. ita qz anteqz referatur ad album. aliud non deficiebat sibi nisi terminus sive relationis. vnde non deficiebat sibi nisi qz quia aliis esset albus ut actu referreret ad alterum. & ideo transmutatione in alio sic transmutato albo ad albedinem non habebit relationem sive similitudinem in illam. **A**d aliam eoz dicitur illud quod additur &cetera. dico qz esse compositum hic potest intelligi dupliciter vel compositus id est habens plures partes quantitatibus & compositus id est habens plures essentias in se. modo ens reale additum alteri. facit ipsum compositus qz ad plures essentias. non tamen qz faciat id cui additur compositus id est qz faciat ipsum maius & grossius. sicut albedo adueniens sor. non facit ipsum grossiorem tamen facit ipsum habere plures essentias. Et cum dicitur relatio adueniens aliquin non facit ipsum compositus. verum est id est grossius tamen facit ipsum

# Predicamentorum

compositus. inesse et habere plures essentias. unde so. albus similis compositorem sibi essentiam quod sibi. albus. Ad aliam cum dicitur dispositio non entis recte. verum est si sit dispositio non entis igitur et cum dicitur relatio est dispositio. non entis. potest negari. et cum dicitur contradictionis est relatio. verum est relatio rationis. et cum dicitur contradictionis est dispositio non entis. quia est dispositio extremitatis non entis extremum ens. Dico quod contradictionis semper est extremorum. quorum unum ens et alterum non ens realiter tamen virtus extremorum contradictionis est ens sibi animam ex illo actu intelligenti non ens universaliter. aliquis ponit ens sibi intellectum. sicut ex actu negandi. loquellam. aliquis ponit loquellam et ideo contradictionis est ratio rationis. Ad aliam cum dicitur aliquid absolutum et aliquid respectivum recte. Dico quod aliquid quod est sibi se absolutum et aliquid quod est respectivum ad alterum per se et non sibi accidens. illa non diversificant speciem. modo relatio est ad alterum essentialiter relata et summa fundamentum est absolutum: et ideo differunt essentialiter.

**Onsequeenter**  
queritur. Utrum relatio sit substantia vel accidens. Et arguitur quod non sit accidens. quia illud quod est in aliquo in quo nullum est accidens. non est accidens. modo relatio est in aliquo. in quo nullum est accidens. ergo recte. Maiores de se patet. et minor declaratur. quia in deo est relatio. quia deus gloriosus est causa omnium entium inferiorum et principiorum. modo causa refertur ad causum et principium ad principiatum: ergo in deo gloriose est relatio. et tamen in eo nullum est accidens. Item potestia activa refertur ad po-

tentiam passivam. sibi philosophus 5<sup>o</sup>. metaphysice modo in deo est potentia activa. ergo in ipso est aliqua relatio. et in ipso nullum est accidens. Itē ideo sibi non est accidens. sed eiusdem ad se ipsum est relatio sicut est idem potest. ergo relatio non est accidens.

**In oppositum** philosophus qui computat relationem inter predicationem accidentium. Dico quod relatio est accidens. quia illud quod est ens in alio sibi se est accidens. sed relatio est huiusmodi. ergo recte. Maiores patet. quia sibi philosophum primo topicorum accidens est quod contingit ideo ideo esse et non inesse. ergo vult quod accidens sit ens in alio. et dicit 7<sup>o</sup>. metaphysice accidentis esse est inesse. ergo illud cuius est in alio est accidens. modo relatio est huiusmodi. ergo recte. Item quod advenit enti alicui in actu est accidens modo relatio est huiusmodi. ergo recte. Maiores patet. quia sibi quod dicit commentator 2<sup>o</sup>. de anima hec est differentia inter formam substantialiem et accidentalem. quia forma substantialis advenit enti in potentia sed forma accidentalis advenit enti. ac tu sicut paternitas advenit alicui postquam est ens actu.

**Tunc ad** ratios. Ad primas cuius de illud quod est in aliquo recte. concedo et cuius de in deo est relatio. dico quod in deo nulla est relatio quam differat a sua entitate. et cuius de sibi est relatio causa ad causum. et principij ad principiatum est relatio per accidens. quia causa non inferatur ad causum nisi quod causatus refertur ad causam. modo talis relatio fundatur in altero extremo quod per se refertur. et ideo illa ratio fundata est in causatis et principiatis. et non in deo sic in scibili et scia. quod scibile per se non refertur ad sciendum. nisi quod scita refertur ad scibile. ista relatio quod est iter scibile et sciat est scientia et iste rationes causae ad causum et principij ad principiatum attributus est de solidi. quo ad numerum modum intelligendem

**A**d aliam cum dicitur potentia actua rē dico q̄ duplex est potentia activa quedam est que agit in aliquo supposito & isti potentie actiae correspondet potentia passiva & refertur ad ipz. **A**lia est potentia activa que non requirit qd agat in aliquo presupposito & talis potentia activa non refertur ad passivam. modo talis est potentia que est in deo actua. scz q̄ nō requirit aliquid presuppositum ad hoc vt agat. **A**d aliam cum dicitur idem sibi &cetera. concedo. & cū dicitur eiusdem ad seipsum est relatio. verum est. & cuz dicitur ergo relatio nō est accidentis non sequitur illa cōclusio ergo ambo extrema alicuius rationis non sunt sibi accidentis: minimo vtrungq; extremum relationis.

## **Onsequenter**

queritur. Utru relatio sit vnu genū. Et arguitur q̄ non: qz aliud quod fundatur in omnibus predicamentis non est. vnu genū: sed relatio est huiusmodi. ergo rē. maior p̄. qz omnibus predicamentis nihil est cōmune. vnuocūz & minor declaratur: qz in substantia fundat relatio identitatis in relatione: & qualitate relatio similitudinis in cōstitutate relo equalitatis sīr in actione & passione fundatur relatio: sicut supra potentiam actuam paternitatis & supra potentiam passivam filiationis. **I**tez supposito q̄ relatiū in cōmuni referat ad relatiū stud sic p̄mo sic. quā docunq; aliquid inest pluribus. inest sibi per aliquid commune: sī referri ad alterū in relatiis partibus. ergo operet q̄ isti eis per aliquid commune modo hoc non est per aliud nisi per respectum in communi ergo relatiū in cōmuni refertur. **I**tem predicamenta essentialia per p̄mis insunt superioribus qz inferioribus sicut dicit Porphyrus suis cōmunitatibus modo referri ad

alterum est cōmune predicamentū cōnstantiale relationis. ergo per prius inheret relationi īcōmuni: qz rationibus particularibz. **I**tem phylosophus secundo & 4°. topicorum. ponit vnam considerationem. scz species est ad aliquid. modo talia particularia sunt ad aliquid sine ad aliud referentur sicut paternitas & filiatio. ergo relatiū in cōmuni referit ad aliud. **T**unc hoc supposito relatiūz refertur ad aliud vt probatum est q̄ autem referat ad aliqd sibi equale: aut ad aliqd superioris aut ad aliiquid sibi inferiō non ad superioris cum sit genus generalissimum & dato q̄ haberet aliqd superiorius supra se nō posset referri ad ipsum qz entia relationis differenti realiter sed superius & inferioris non posset ad ipsuz referri nec etiā ppter eandē rōnem sī extrema rationis sunt diuersa essentialiter. ergo nec referuntur ad superioris nec ad inferioris. ergo ad equale tunc erunt duo relatiūa eque cōmuni sine dno predicamenta relationis eque cōmuni.

**In oppositum** est phylosophus qui ponit decem predicamenta. hoc autem non esset nisi relatio esset vnum predicamentū sine vnu genū. qz rē. dicendum est qz relatio est vnu genū quia illud quod habet vnam rōnem cōmune in secundum suam speciem sumpta ex modo essendi cōmuni reperito in suis speciebus est vnum genū. modo relatio sī talē cōmūnē rōnē. sī omnes suas species. igitur rē. maior p̄. quia vniitas generis logici sumit ab vnitate relationis. minor appareat. qz in omnibus speciebus relatiōrum est illa ratio intelligendi illa ratio intelligēdī vel est vt in alio & in habitudine ad aliis & illa ratio intelligendi sumitur ex modo essendi cōmuni reperito in speciebus relationis & omnia particularia essentialiter sunt in alio sicut in subiecto & in habitudine ad aliud sicut ad terminum: & ex illo

# Predicamentorum

modo essendi sumitur illa ratio intellige  
di communis omnibus relativis.

## Tunc ad rationes.

Ad primam eoz dicitur illud quod sun  
datur: tamen vero est si reperiatur in alijs  
predicamentis et fundetur ibi sicut acci  
dens insubiecto omnibus predicamen  
tis sicut genus vel species: tale non est  
vnus predicamentum; sed si reperiatur  
in alijs predicamentis et fundetur ibi sicut  
accidens in subiecto non est vero: quia idem  
accidens sicut speciem potest  
esse in lapidibus omnibus et plantis: et  
ideo non obstante quod relatio fundetur in  
alijs predicamentis sicut accidentis in sub  
iecto. adhuc est genus: vel aliter potest di  
ci: quia aliud quod fundatur in diversis  
predicamentis ut diversa sunt non est unus  
genus. illud tamen quod fundatur in di  
versis predicamentis sicut unum modum  
essendi in quo conueniunt potest esse unus  
genus. modo relatio fundatur in alijs: quod  
ibi reperiatur quidam modus communis.  
qui est modus essendi communis in alio  
in habitudine ad alterum. Ad aliam  
cum dicitur relatum in communis refer  
tur ad alterum: sed ad istud aliqui dicunt  
quod relatum incommuni non refertur ad  
alterum: licet relativa particularia refera  
tur ad alterum: sed istud non potest sta  
re propter rationes tactas: tamen aliqui dicunt  
quod relatio incommuni non refertur sed est  
aliud quo aliquid refertur ad alterum: et  
dicunt quod eadem est relatio qua refert  
relatum incommuni ad alterum extre  
mum: et quia illud extremum refertur ad ipsum.  
Tamen non valet: quia licet re  
latio incommuni non refertur: sed sit il  
lud quo alterum refertur: tamen sicut  
in rationibus particularibus sicut inter pa  
trem et filium: et alia est relatio qua filius  
refertur ad patrem ita debet esse in relatio  
ne incommuni: quia alia est relatio incom  
muni quod relatum incommuni ad suum re  
latum: et alia est relatio qua sunum cor

relatum refert ad ipsum: et ita adhuc  
erunt due relationes incommuni. Tamen  
alii dicunt quod de relatione relati est ad  
alterum referri sicut quod aliud ipsum ad al  
terum referat illud sibi accedit. Tamen  
ergo dicunt ad rationem. Relatum in  
communi refert ad alterum. verum est  
tamen illud alterum ad quod refert non  
oporet quod ad ipsum refert: et ideo so  
lo erat unus relatum incommuni: et  
illud ad quod refert se habet soluz in ra  
tione termini relationis: et hoc declarat  
quia si de ratione relati est quod ad alte  
rum refert istud competere cuius  
est relationi. modo hoc est falsus: quia  
quoniam scientia per se refert ad scibile non  
tamen scibile refert ad scientiam nisi quod  
scientia refert ad ipsum: et ideo de ratione  
relati non est quod terminus sue relationis  
refert ad ipsum etiam illud appa  
ret ex distinctione relatorum que est quod  
ad aliquid sunt quecunq; huiusmodi quod  
sunt tamen non habet ex illa distinctione: quod  
de ratione relati sit quod ad aliquid ipsius  
alterum refert: sed solum quod relatum  
ad alterum habet referriri. Et confir  
matur quia alia est relatio qua alterum ad  
alterum refert: et alia est relatio qua de  
terminat dependetiam alteri: ideo non  
oporet quod illud alterum ad ipsum refe  
rat. Tanta via est probabilis tam non  
videt sufficere: quia relativa particula  
ria sicut pater et filius per se et essentialiter  
habent referriri ad alterum: et illud alte  
rum ad ipsa habet referriri sicut paternitas  
refert ad filium et filius refert ad pa  
ternitatem: ergo cum referriri ad alterum  
quod est esse predicationis rela  
tionis per prius insit superioribus quod in  
superioribus relatis. igitur relatum inco  
muni per se refert ad alterum et illud al  
terum refert ad ipsum vel queram a te  
in quo predicatione est terminus rela  
tionis incommuni vel in predicatione  
quantitatis vel substantie: et sic de alijs.  
non potest dici quod sit in alio predicatione

# Questiōes

21.

